



## **Polyanthea Sacra**

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

**Spanner, Andreas**

**Augustae Vindelicorum, 1702**

E.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

## E.

TITULUS I.  
EBRIETAS.

§. I.

*Symbola, & Similitudines.*

**E**ris sicut dormiens in medio mari. Prov. 23. 34. 1. Sicut dormiens in navi jactatur ventorum flatibus, ac maris aestibus, & fluctibus; & nunc ad sidera videtur ascendere, nunc in abyssum descendere; sic aestibus phantasmatum & cupiditatum, sursum, & deorsum, jactatur ebrius. 2. Sicut nauclerus dormiens finit agi navim in rupes, scyllas, & charybdes quibus eliditur, vel circumrotatur, & mergitur: Sic ebrius in mille fortunarum, & vitæ pericula, finit se abripi. 3. Sicut dormiens in navi, sopitâ ratione, non sentit piratas, cœteraque necis discrimina; unde contra ea se munire nequit: sic ebrius vinò sopit, mergitque rationem; quâ sopitâ, nequit se contra hostes, qui corpori, vel animæ, insidiantur, tutari. Cornelius hic. Tanquam fracta, & naufragæ, naves; ita ipsius ebrietatis fluctibus fatigamur. S. August. l. 232. de temp. Philostratus l. 3. Prisci pingebant navim hederâ coronatam: navis mediò sedentem Bacchum inter potatores, fideiçines &c. nec habentem malum, nec velum, nec regimes, nec remos, nec gubernatorem. Antiqui, teste Athenæo l. 5. gymnosoph. maximos quosdam scyphos, Theides, id est, maria, vocabant. O quot in ijs naufragia! Idem l. 2. Domus quædam tiremis dicta, quòd in ea quidam ebrii navigasse se crederent.

Omnes ebriofî tales sunt; quales paludes esse videntur. Quid enim in paludibus nascatur, non ignorat charitas vestra; serpentes, sanguisugæ, ranæ, vermes. S. August. l. 231. de temp.

Quid, quæso, sunt ebrii? quam Gentium idola? oculos habent, & non vident; aures habent, & non audiunt &c. S. Basilii serm. in ebriet.

A tempestate, ac procellâ, quàm ebrietas generare solet, liberati; in portum animarum nostrarum, jejunium, inquam, pertingere contingat. S. Chrysof. hom. 1. in Gen.

Quid aliud ebriofî sunt, quàm simulachra Gentium? oculos habent, & non cernunt; manus solutas habent, pedes mortuos. Isidorus Clarus l. 1. or. 59.

Non tam inordinatè currus à furentibus equis, excussò aurigâ, feruntur; neque navis à fœvis ventis, amissò gubernaculo, tam misere dissipatur; quàm ebriorum animi à potùs intemperantia divexantur. Id. ib.

Navis oneraria. Lem: *Nimio gravamine mergor.* Picinelli.

§. II.

*Ebrietas Dæmoni comparatur.*

**N**è repuses ancillam tuam, quasi unam de filiabus Belial. 1. Reg. 16. Belial interpretatur, absque jugo. Et notandum: quòd omnes, qui ebrietatem sectantur, filii Belial vocentur. S. Rupertus hic.

Unde Sanct. Chrysol. f. 26. ebrietas est blandus dæmon. S. Basilii hom. 14. de ebriet. ebrietas est dæmon voluntarius. Mendoza hic Annot. 8.

Verè ebrietas voluntarius est dæmon; & gravius, quàm dæmon mentem obtenebrat. S. Chrysofomus hom. 29. in Gen. Voluntarius dæmon, & ipsâ molestior infantiâ. Id. t. 6. in ep. ad Eph. 5. 18.

Ebrietas est blandus dæmon. Sanct. Chrysol. f. 26.

Dæmon blandus, & fatis domesticus, est ebrietas. Sim. Cass. l. 8. c. 51.

§. III.

*Ebrietas comparatur pecori; rationem obscurat.*

**I**rruit spiritus Domini in Samson, Judic. 14. 6. Quæres: an Samsonis virtus in foliis capillis? an etiam in reliquis cæremonijs Nazareatûs; ac præsertim in abstinentia à vinò, sita fuerit? ut, si vinum biberet, fortitudinem amitteret; estò capillum intonsum servaret? affirmat Abulensis, Basilii, &c. Ebrium insinuat Sanct. Ambros. ep. 70. Sanct. Basilii or. 1. & 2. de jejunio; & Theodoretus. S. Basilii hom. 2. de jejunio: jejunium magnum illum Samsonem educavit, idque, quamdiu viro adfuit, singulis confectibus milleni hostes prostrati sunt, urbium portæ subruptæ sunt, leones manum illius non sustinuerunt. At simul atque ebrietas, & scortatio, corripuit hominem, captus est ab hostibus, atque exoculatus. Cornelius hic.

Vinum, & ebrietas, auferunt cor. Osee 4. 11. id est, mentem, rationem, judicium; ac hominem dementant, faciuntque vecordem. Ità Theodoretus.

Fugite tenebras! Ebrietas ad tenebras pertinet. Sanctus August. l. 53. de diversis in Nat. D.

Animò gravatò sunt supra modum ebrii multis menti offusis. S. Chrysof. hom. 1. ad pop. Antioch.

Commune generis nostri oprobrium, hom. 1. ad populum.

Bestiæ eò usque bibunt, quousque fert sitis; & cupiditatem sistunt necessitate? hic intemperantia cupiditatem transilit, & ratione

tione carentibus à ratione alienior apparet. Sanct. Chrysoftom. Orat. Contra ebriet. tom. 6.

Aqua ignem extinguit; vinum extinguit rationem: aqua maris naves; vinum vitis homines submergit. Ebriorum animæ vinò submersæ sunt. Sanctus Basilius hom. de ebriet.

Quantò melior asinò ebrius est! quantò canis præstantior! Omnes certè animantes, quæ rationis expertes sunt, non bibunt, ultra quàm fatis est; etiam si mille homines cogerent, nunquam biberent. Pejores igitur irrationabilibus vos estis, qui inebriamini. Sanct. Basilius 16.

Ubi regnat ebrietas, ratio exultat, intellectus obtunditur, consilia deviant, judicia subvertuntur. Blesens. ep. 7.

Vide, quàm probrosa res sit ebrietas! quò enim aliò à ratione carentibus differs ò homo! nisi donò rationis, quam accepisti ab eo, qui te condidit? quæ etiam princeps, & Dominus, creaturæ omnis factus es. Qui verò per ebrietatem ratione se privat, ac prudentiâ, comparatus est jumentis, & similis factus est illis. Pl. 48. 21. Isidorus Clarius l. 1. or. 59.

#### §. IV. Ebrietas servilis, probrosa.

**N**on multo vino servientes. Tit. 2. 3. Hic signanter expressit, non multò &c. servitus enim quædam est, & extrema conditio, vinò sensus hominis occupari; & non suum esse, sed vini. Misera servitus! Sanct. Hieron. hic.

Servitus quædam est, & extrema conditio, vinò sensus hominis occupari; & non suum esse, sed vini. Sanct. Hieron. in ep. ad Titum. cap. 2.

Quos manè insignes armis spectaveras, vultu minaces; eosdem vespertè cernas etiam à puerulis rideri, sinè ferrò vulneratos, sinè pugna interfectos, sinè hoste turbatos; sinè senectute tremulos, in ipso juventutis flore. S. Ambr. l. de El. & jejun. c. 13.

Quisquis in temulentia totos agit dies, quisquis in delicijs, & ingurgitatione; sub diaboli tyrannidem redactus est. S. Chrysoft. conc. 1. de Lazaro.

Bacchus juvenis pingitur: quia nunquam ebrietas matura est. Ideo etiam nudus; quòd omnia ebriosus intervertendo, dissipando, nudus, id est, pauper, remaneat; aut mentis secreta nudet. Fulgentius l. 2. Mytolog.

#### §. V.

#### Ebrietas origo multorum vitiorum.

**Q**uòd tibi nomen est? & dicit ei: legio. Marci 5. 9. quia multi sumus. Idem de se dixerit ebrietas, mihi nomen est legio; innumeros mecum traho comites; omne vitiorum agmen me unam comitatur. S. Ambros. l. 1. de Isaac & anima c. 5. diversa, singulis peccatoribus mala eveniunt; temulentis omnia. Drexellus Tob. c. 4. §. 3.

Sobrietas omnium virtutum mater est, sicut è Polyand. Sacr. Tom. I.

contrario ebrietas omnium vitiorum. Origenes hom. 7. in Levit.

Quemadmodum Scylla, & Hydra, apud Poetas; sic & ebrietas multis capitibus armatur: hinc enim fornicatio, hinc ira, mollities, hinc turpes amores oriuntur. S. Chrysoft. hom. 71. c. 22. in Matth.

Ebrietas cædis mater, parens litium, furoris genitrix. - Hanc qui habet, se non habet; hanc qui habet, homo non est; hanc qui habet, non peccatum facit, sed est ipse peccatum. Ebrietas est venenum dulce, rabies voluntaria, - illecebra honestatis. S. Chrysologus f. 26.

Ebrietas pestilentissimus humani generis hostis. Isidorus Clarius l. 1. or. 59.

#### §. VI.

#### Ebrietas libidinis mater.

**D**ominus plus super Sodomam. Gen. 19. 24. Audite; ebrietas quid agat. Audite, & cavete vos, quibus istud malum non in crimine, sed in usu, est. Ebrietas decipit, quem Sodoma non decept. Uritur ille flammis mulierum, quem sulphurea flamma non ulsit. Origenes hom. 5. de Loth.

Mulier habens poculum aureum in manu sua. Apoc. 17. 4. Mulier illa, non facibus, non jaculis, sed paterà, imperia corrumpit; habens poculum in manu sua, mater fornicationum. Mergendis Egyptijs totò mari rubrò opus fuit; in uno Babylonis calice rationes omnes naufragantur. Oliva Dom. 4. Quadr.

Duo ista demonia conspirata, & conjurata, inter se sunt, ebrietatis, & libidinis. Tertull. l. de Spectac. c. 3.

Pascitur libido convivij, nutritur delicijs, vinò accenditur, ebrietate flammatur. Graviora sunt his fomenta verborum, quæ vinò quòdam Sodomitanæ vitis mentem inebriant. S. Ambr. l. 1. de pœnit. c. 14.

#### §. VII.

#### Motiva varia Ebrietatem vitandi.

**C**ur Hebræis, in solitudine vagantibus, non vini potus, sed aqua, à Deo ministratus? Resp. Clemens Alex. l. 2. pædag. cap. 2. oportebat eos, utpote errantes, esse maxime sobrios, q. d. oportebat, nè curantes corpore, animò pariter errarent. Mendoza in 1. Reg. 1. v. 16.

Frangit audacter Moyses tabulas. Ex. 32. 19. Sciebat enim Dei sermonem non posse audire temulentos. Id. ib. Moyles 40. diebus jejunus cum Domino loquitur; populus satur idola fabricatur: ille vacuò ventre accipit Legem scriptam digitò Dei; iste manducans, & bibens, confurgensque ludere, aurum conflat in vitulum; & Egyptium bovem præfert Domini majestati. S. Hier. l. 2. contra Jovinianum.

Sicut regulus venena diffundet. Prov. 23. 32. Alianus, Solinus, & alij tradunt: veneni basilisci remedium esse speculum: hoc enim illi objectò halitus ejus venenatos reverberari, & in basiliscum retorqueri, ipsùm quæ enecare. Ità remedium ebrietatis est; si quis inconditos, & feodos tum suos, tum aliorum, mores, velut in speculo, intueatur. Ità Lacones pueri

R R 2

ris ostendebant servos temulentos; ut eorum gestus inconditos videntes, odiò haberent ebrietatem. Cornelius hic.

Ebrioso Deus in visione ostendit, quòd à diabolo ad poenas duceretur; & Magistro dæmoniorum quærenti, ubi eum invenisset? respondit: in ebrietate. Cui Magister: portes eum huc, ut bibat satis: & infundebant ei in os ejus picem, & sulphur, dicentes: sisti; bibe. Hòc visò territus ab ebrietate deinceps abstinuit. Ebriosus, in mortè à Sacerdote ad confessionem monitus, nihil aliud respondit, quàm: bona cerevisia! cerevisia bona! Cùmque alij de Sacerdote præsentem mentionem facerent, solum dicebat: fertne mihi Sacerdos bonum haustrum. Summa Prædic. Ebrietas.

### Ex Patribus, & aliis.

Qui linguâ impeditâ micat velut igneis oculis, & pedibus vacillat impos sensum, venenum recepit lethiferum. S. Justinus M. ep. ad Zenam, & Serenum, fratres.

Bibamus, inquit, pro salutè Imperatorum; & qui non biberit, sit reus indevotionis. — O stulticiam hominum! qui ebrietatem sacrificium putant. Sancti. Ambrosi. l. de El. & jejun. c. 17.

Quid ebrietate miserabilius? mortuus est animatus, ebrius; morbus veniam non habens, ruina excusatione carens, commune generis nostri opprobrium. S. Chrysost. hom. 1. ad pop. Antioch.

Ebrietas, & luxuria, stantem everterunt civitatem Niniven. Id. hom. de Jona.

Verum illud multò intolerabilius est, quòd morbus hic tot malis redundans, totque secum invehens calamitates, nè crimen quidem censeatur; sed in divitum mensis, hujus turpitudinis gratiâ, pugna oritur atque certamen; stadium, certamenque, diabolicum. Id. tom. 6. or. contra ebriet.

Ebrietas, rationis interitus, fortitudinis pernicies, senectus non intellecta, mors brevis temporis. S. Basilius serm. in ebriet.

Si Deo volumus placere, & de salute animæ altius sobrietatem debemus diligere; & ebrietatem, quasi foveam Inferni, longè refugere. B. Cæsarius hom. 13.

Fuge vivum, quasi venenum; nè ebrietate vincaris, & virtutibus nuderis. S. Ephrem. de agon. spirit.

Ubi crapulam ructantis inter pocula senferit Christus, vina sua dulciora super mel, & favum, menti propinare non dignatur. S. Bernardus ep. 2.

Ut navem fluctus, corpus ebrietas sic demergit; hominem dat in profundum, lucra vitæ aufert, mentis mortis facit subire naufragium. S. Chrysologus f. 41.

Ebrietas cornua habet: quia, cùm ultra modum vinum bibitur, excitat lites, & quasi cornua dat. Rabanus in 2. Machab. 7.

Ebrii caltrum animæ produnt: & Deum, qui in eo habitat, produnt: sicut multa castra per ebrietatem perditæ sunt. Ebrietas omni latrone

crudelior: quia aufert bona meliora, scilicet spiritualia; & captum periculosius tenet. Quia sub alio latrone posset ad Deum clamare; & si statim occidendus, posset à Deo veniam peccatorum petere; quod ebrietas non permittit. Summa Prædic. Ebrietas.

Ebrietas proprium hoc habet, quòd ebrium constituat in periculo certo, & inevitabili, æternæ damnationis. Alij enim peccatores, si ingratis mors, poenitent, cùm sint rationis compotes, & sacramentis expiantur; solus ebrius nec poenitentia, nec sacramentorum, est capax; ut, si lædatur, vel catarrhò suffocetur, certo certius damnetur. Cornelius in c. 19. Gen.

Ferdinandus Imperator, Caroli V. frater, cùm Legati Electorum, & Principum, causas Imperij negligentius tractassent, propter crapulam; eos sic objurgavit: mementote, quòd huc missi sitis, non ad inebriandum vos; sed ad consultandum, & deliberandum regni Romani causas. Abstinet à maledicta ebrietate; quæ neque corpus, neque animam beat. Matth. Tympius in quaest. sympol.

### Exempla Historica.

*Sepulchra concupiscentia.* Num. 11. 34. Visitant sæpe ebriosi hæc sepulchra: qui uti rationem, ita & corpus, & animam, sepeliunt. Carolus M. Imp. ebriosum justit submergit: quia, inquit, hic vini perditor non mereur vinò, sed aquâ, sepeliri; ut, qui vinò se merfit, aquâ mergatur, sitimque expleat. Corn. hic.

*Verberaverunt me; sed non dolui.* Prov. 23. 35. Moscovitæ ebrios tandem verberant, donec sobrii fiant, teste Sigismundo in hist. Moscovit.

Zeno Orientis Imp. in quo consueta temulentia nihil homini relinquebat simile. Igitur per Ariadnam conjugem, tantâ invifus turpitudine, sic inebriatus in monumentorum coniectus est, lapide maximò impositò. Nec profuit ad mentem, sobrietatemque, reverso, lamentis, ejulatibusque, sub terreno carcere oblectari. Vivus in funesto hoc mortis antro fortunam Imperatoris, animamque infelicem, lentò, trillique, fatò miserante nemine, exuere coactus est. Mafenius l. 3. Argutiar.

### §. VIII.

#### De feminarum ebrietate, & sobrietate.

**U**squequò ebria eris? Nequaquam Domine &c. 1. Reg. 1. 14. Multiplici argumentò Anna probat, se non ebriam esse; Primò vocando dominum. Tanta patientia cum temulentia esse non poterat. Secundò; cùm dicit, se esse mulierem: cùm ebrietas ab eis valde aliena sit, Cur non est contenta puritate conscientia? Sancti. Chrysost. hom. de fide Annæ: multam adhibet curam, nè à Sacerdote malam referat opinionem. Nec apud se dixit: quid mihi curæ istius calumnia? ignoranter, ac temerè, accusat; suspicatur, ubi nihil erat opus. Mea conscientia pura esto; & omnes me traducant. Sed Apostolicam illam implevit legem, 2. Cor. 8. 21. quæ jubet, ut *provideamus bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus*, Sylv. in Matth. 26. q. 13.

*Rejurnabat omnibus diebus.* Judith. 8. 6. Temperantia virtus est foeminarum. Inebriatis vino viris abstulit vidua gladium, bellatoris abstulit caput. A dvertis igitur, quantum mulieri nocere possit ebrietas; quando viros vina sic solvunt,

ut vincantur à foeminis. S. Ambros. ad Virg. Laps. Esto igitur vidua temperans; casta primum à vino, ut casta possis esse ab adultero. Id, ib.

## TITULUS II. ECCLESIA.

§. I.

*Figurae, & varia nomina.*

*Ex Veteri.*

**P**lantaverat autem Dominus DEUS paradisum voluptatis. Gen. 2. 8. S. August. l. 13. de civ. c. 21. S. Ambros. lib. de Paradiso: Paradisus est Ecclesia; quatuor flumina sunt quatuor Evangelia; ligna fructifera sunt Sancti; fructus sunt opera Sanctorum; lignum vitae est Christus. Cornelius hic. Ecclesia, paradisi instar, arbores fructiferas intra muros suos intus includit: ex quibus; quæ non facit fructum bonum, excinditur, & in ignem mittitur. Has arbores rigat quatuor fluminibus, id est, quatuor Evangelis. S. Cyprianus ep. 73.

*Arca,* Gen. 7. & 8. fuit Ecclesia, Noë Christus, columba Spiritus Sanctus, olea folium DEI benignitas. S. Chrysof. tom. 6. tr. de terræ motu. Per arcam, quæ de lignis impunitabilibus est fabricata, designatur Ecclesia. Haymo D. 2. Epiph.

*Rachel* quis non Patrum agnovit Ecclesiam, quam sibi Dominus desponsavit. Gen. 29. 30. Gen. 35. 19. S. Paschasius l. 2. in Matth. Rachel figuram gerens Ecclesiae, ibidem (in Bethlehém) sepulta legitur: ut in eodem loco plena requies ejus signetur, ubi Christus panis vivus, qui de caelo descendit, quotidie exortu novò sine defectu versatur. Baeza t. 2. lib. 7. cap. 1. §. 12.

Agnoscit (Pater in Ecclesia) *tunicam Joseph* Gen. 37. 31. non illius, qui liberavit Aegyptum, sed qui salvavit Mundum. Notissima quippe est, quia polymita, id est, pulcherrima varietate distincta; sed & sanguine apparatus intincta. S. Bernardus Apolog. ad Guilielm. Abb.

*Super Sion montem sanctum ejus.* Pl. 2. 6. Nomen hoc, modò significat Ecclesiam, modò ipsum Salvatorem, modò Jerusalem futuram. Hic Sion Ecclesiam debemus accipere; quam montem appellat, propter eminentiam honoris, & firmitatem fidei. Sion enim Hebraicè dicitur *specula*, quæ competenter aptatur Ecclesiae: quæ ad futuras spes sufficienter instructa, promissiones Domini mentis providentiâ contuetur. Cassiodorus hic.

*Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo?* Pl. 14. 1. Quæ hic est Ecclesia, est tanquam tabernaculum in incolatu: quæ autem supra est Ecclesia, est civitas tuta, & munita. S. Chrysof. hic.

*Astitit regina à dextris - circumdata varietate.* Pl. 44. 10. Ecclesia pluribus, tamque dissimilibus, variatur ordinibus, utpote regina, quæ legitur circumamicta varietatibus. S. Bernardus Apolog. ad Guilielm. Abb.

*Circumdara varietate.* ib. Significat Ecclesiae virtutum pulcherrimam diversitatem. Ornatur enim aurò Apostolorum, argentò Prophetarum, gemmis virginum, coccò martyrum, purpurâ poenitentium. Cassiodorus hic.

*Curvus DEI decem millibus multiplex.* Pl. 67. 18. Sunt curvus boni Ecclesia. Hugo Card. hic.

*Permanebit cum sole, & ante lunam.* Pl. 71. 5. Luna dicta est Ecclesia; quæ crescit in Sanctis, decrescit in peccatoribus. S. Chrysof. hic.

*Dominus regnavit, decorem indutus est.* Pl. 92. 1. Vestimentum Domini sancta Ecclesia. S. Anselmus l. de vestim. & art. DEI attribut.

*Beati immaculati in via &c.* Pl. 118. 1. Ecclesia est curvus DEI, quæ regenda est gubernaculis Christi; nè diversorum populorum motus, dissensionesque, eam perturbent. S. Ambros. hic.

*Civitas parva, & pauci in ipsa viri; venit contra eam rex magnus, & vallavit eam, extraxitque munitiones per gyrum, inventusque est in ea vir pauper, & sapiens; & liberavit urbem per sapientiam suam.* Eccl. 9. 14. 15. Mystice ita intellige: parva civitas est militans DEO in terra Ecclesia: parva, inquam, comparatione ejus, quæ triumphat magna in caelis. Pauci in hac civitate sunt viri, Sancti scilicet, & electi DEI. Magnus autem rex iniquitatis caput est diabolus: hic assidue hanc circuit civitatem; ut illius cives redigat in servitutem! Pauper autem sapiens in civitate, cujus consilio ipsa servatur, ipse est Christus Deus noster. Olympiodorus hic.

Sapientissimo Salomoni, quidquid ab initio Mundi, usque in finem, in mysteris egit, accurusve erit DEI sermo erga Ecclesiam; in figura, & ænigmatibus est demonstratum. Aponius l. 1. in Cant.

*Ferculum fecit sibi rex Salomon.* Cant. 3. 9. Ferculum significat Ecclesiam Romanam, jam amplam, & magnificam; ceterisque Ecclesiis totò orbe sparsis, per Romanum Pontificem præsentem, & instar Salomonis dominantem. Cathedra ergo, & Ecclesia Romana, est ferculum, in quo in suo vicario Pontifice Romano residet Christus. Unde factum dicitur ex cedris

Rrr 3

Libani

Libani, id est, firmissimum, & incorruptibile: cedrus enim non sentit cariem; & cedrum commendat eternitas. In Cathedra enim Romana à Christo hucusque per 1600. & amplius, annos, nullus sedit Pontifex hæreticus; Christo ita providente, ad illibatam Ecclesiæ fidem. Cornelius hic.

*Hortus conclusus.* Cant. 4. 12. Hortus clausus Ecclesia est, Evangelii vomere orbe toto diffusa cultura; clausus stimulis disciplinæ, Fidelium plantariis, liliis virginum, rosis Martyrum, Confessorum viriditate amoenus, fragrans floribus sempiternis. S. Chrysol. f. 98.

*Qua est ista, quæ progreditur quasi aurora &c.* Cant. 6. 9. Confurgit Ecclesia quasi aurora: cum, spretis tenebrarum operibus, castè, & sobriè, vivit in conjugatis: *pulsabra ut Luna* in continentibus candidò nitore resplendet: *electa ut Sol*, cum in virginibus perfectionis decore refulget. S. Justus Orgel. hic.

*Conturbavi me propter quadrigas Aminadab.* Cant. 6. 11. Animadvertendum est diligenter: quòd non solum in quadrigis sponsa, & Fideles animæ, positæ esse dicuntur; verum etiam currus, vel quadrigas, Ecclesiam ipsam positam dicit: ut se, velut piam matrem, & sanctissimum vehiculum, quò plures convehantur ad patriam, esse intelligat. Philo Carpath. hic.

*Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Sap. 1. 7. Orbi terrarum comparatur Ecclesia. I. Propter sui dilatationem. II. Propter sui perfectionem; rotundus est enim orbis. III. Propter ornatum omnium virtutum. IV. Propter stabilitatem. V. Propter compressionem, & attritionem. VI. Propter generis humani sustentationem. VII. Propter aquarum, id est, sapientiæ, & doctrinæ salutaris, Originem. S. Bonavent. hic.

*Et ad domum DEI Jacob.* Il. 2. 3. Ecclesia nuncupatur domus. Sed cur domus Jacob? respondet Procopius: quia Jacob luctator, & victor, extitit. Qui enim ad Ecclesiam DEI pertinet, debet cum vitiis, & passionibus, luctari, & supplantare daemones. Arcones hic Disc. 6.

*Vinea facta est Dilecto.* Il. 5. 2. Vinea est militans Ecclesia. S. Thomas hic.

*Septem fratres unà cum matre sua.* 2. Mach. 7. 1. Non immeritò præsumitur ista mater beatissima Ecclesiæ sanctæ imaginem præmonstrasse; quæ filios Deo spirituales parere confuevit, nihil de carne, & sanguine cogitantes. S. Gaudentius tr. de Machab.

### Ex Novo.

*Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier &c.* Matth. 13. 33. Mulier, quæ accepit fermentum, Ecclesia est: Fermentum, quod accepit, cælestis doctrinæ est Sacramentum. Mensuræ tres, in quibus perhibetur abscondisse fermentum, Lex, Prophetæ, Evangelia. Ubi divinus sensus mystico absconditur, & celatur, in verbo; ut Fidelem non lateat, lateat Infidelem. S. Chrysol. f. 99.

*Mons olivarum,* Matth. 21. 1. est Ecclesia; in quo fructificantes Fideles dicere possunt: *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei.* Origenes hic tr. 15.

*Scribe, quæ vidisti.* Apoc. 1. 19. Nihil, à tempore visionis hujus, usque ad finem Mundi, factum, vel futurum esse in Ecclesia, creditur, quòd hæc divina Apocalypsis non annuntiet. Sylveira hic.

*Quod est in Paradiso DEI mei.* Apoc. 2. 7. Ecclesia paradisi, propter securitatem, & jucunditatem; quam à DEO in DEO habet. Rich. à S. Victore apud Sylveiram hic.

*Post hæc vidi: & ecce ostium apertum in celo.* Apoc. 4. 1. Cælum est S. Ecclesia; quæ sicut cælum, per coelestem conversationem est exaltata; per fidei firmitatem, & constantiam, solidata; corporali mansione, usque ad terminos terræ; & spiritali dilectione ad amicos, & inimicos, circumquaque dilatata; solis iustitiæ, qui eam illustrat, claritate; & iustitiæ divinitus sibi collatæ splendore; & sanctorum Doctorum, atque perfectorum virorum, præclarâ actione; quasi lumine solis, & lunæ, sive innumerabilium stellarum, lucidissima. Richardus à S. Vict.

*Ecclesia est amicta sole.* Apoc. 12. 1. scilicet Christo, ex claritate fidei, quam ipse prædicavit. *Luna*, id est, scientiâ Philosophiæ *sub pedibus iju*; & non super caput: quia in factis fidei nullus debet se regere per Philosophiam: quia Philosophi sunt sicut servitores, qui nesciunt secreta regis; sicut Consiliiarii. *Et in capite corona stellarum duodecim*, id est, duodecim articulis fabricata. S. Vincent. Ferrer. f. 13. de coronis.

### §. II.

#### Ecclesia cur similis Regno cælorum?

*Simile est regnum cælorum homini regi.* Matth. 22. 2. Ecclesia regnum cælorum vocatur, quia coelestem habet Regem, cui subest; coelestem legem, quâ dirigitur; coelestem doctrinam, quâ eruditur; coelestes promissiones, quibus consolatur: coelestem gratiam, dona; coelestem cibum, jus coelestis hereditatis: & continuò tendit, & aspirat, ad coelestia. Meritò ergo vocatur regnum cælorum, quia in ea omnia sunt coelestia. Marchantius D. 19. Pent. Cur Ecclesia dicitur Regnum cælorum? & non potius regnum cæleste? Hebraismò regnum cælorum vocatur; sicut vir fortitudinis, dicitur vir fortis. Vocatur sic: quia coelestes habet leges, cælesti Regi præstat obsequium; coelestem doctrinam, coelestes scripturas, profert; omnia exponit coelestia. Escob. t. 6. parab. Chr. l. 1. §. 2.

*Simile eris Regnum cælorum decem virginibus.* Matth. 25. 1. Regnum cælorum est Ecclesia peregrina, meritò sic vocata: quoniam cælestis est, qui illam condidit, & ad coelestia præordinavit, atque vocavit; coelestibus illam disciplinis instruxit; terrena, propter coelestia, contem-

contemnere docuit; cœlestibus illam virtutibus decoravit; sibi regna cœlestia repromisit. Sim. Call. l. 6. c. 28.

*Adveniat Regnum tuum.* Luc. 11. 2. Regnum DEI est militans, ac triumphans, Ecclesia. Petitur primò: ut militans Ecclesia, numerò, ac meritò, crescat, & undique diffundatur; & tu solus, per fidem, & gratiam multiformem, regnes in ea: hoc est, in cordibus universorum, ac singulorum Fidelium; adversariis tui honoris, ac nostræ salutis, præsertim demonibus, inde ejectionis. Secundo, *adveniat regnum tuum*; id est, triumphans Ecclesia repletur; ad cœlestem Jerusalem protinus perducamur. Dion. Carthus. hic.

Christiana Respublica nihil est aliud, quam repræsentatio eorum, quæ sunt in cœlo: ob hanc causam hæc Philosophia regnum cœlorum frequentissimè à Servatore appellatur. Isidorus Clarus l. 1. or. 62.

§. III.

*Ecclesie dignitas, majestas, stabilitas &c.*

*Ex Veteri, & Novo.*

*Accipitq; Saphoram filiam ejus uxorem.* Ex. 2. 21. Quam ob rem Moyses uxorem alienigenam duxit? Typus erat Christi Domini: qui, cum ex Judæis secundum carnem natus esset, Ecclesiam Gentium appellavit sponfam suam. B. Theodoretus q. 4. in Ex.

Pl. 5. *Titulus in finem pro ea, quæ hereditatem consequitur.* Ecclesiam significat, cujus persona in hoc Psalmo inducitur ad loquendum. Hæc bona Domini Salvatoris adit, ac possidet. Cassiodorus hic.

*Deus locutus est in sancto suo.* Pl. 59. 8. Constat, de variis nationibus Ecclesiam Domini, quasi ex diversis floribus, in una coronæ specie esse formatam. Cassiodorus hic.

*Vox dilecti mei pulsantis: aperi mibi soror mea.* Cant. 5. 2. Soror Christi est Ecclesia: quia de sanguine ejus amica; quia per mortem ejus reconciliata; columba de spiritu Sancto; immaculata Baptismi Sacramentò. Justus Orgelitanus apud Cornelium hic.

*De die illo, vel hora, nemo scit, neq; Angeli in cælo, neq; Filius, nisi Pater.* Marci 13. 32. Donec Ecclesia, quæ est corpus Christi, nescit diem illum, & horam; tamdiu nec ipse Filius dicitur, diem illum, & horam, scire. Origenes in Cat. S. Thomæ. q. d. Christus, tanquam Præsul Ecclesiæ, indecorum sibi putavit illius diei manifestare durationem, & scientiam ostendere se habere; quando Ecclesia, cujus caput erat, illum ignorabat: nè cognitionis excellenti videretur perfrui, quæ carebat Ecclesia. de Castillo Illat. 11.

*Fiet unum ovile, & unus pastor.* Jo. 10. 16. Verba sapientum sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi, quæ per Magistrorum Consilium data sunt à pastore uno. Matth. 16. 14. *Alij Joannem Baptistam.* Sic de singulis vulgi opinionibus omnes disputant. Verùm ubi Dominus, non quid alij sentiant, sed quid ipsi

Discipuli? tunc omnes tacent. Unus Petrus pro omnibus loquitur: *tu es Christus &c.* Cur modò non omnes, sed unus loquitur? quia modò verus sensus Ecclesiæ requirebatur, qui debuit tradi à Pastore uno. Quia ad securitatem doctrinæ maximè conducit singularitas Pastoris, Bæza t. 3. l. 14. c. 14. §. 12.

*Qui ambulat in medio septem candelabrorum.* Apoc. 2. 1. Explicat deambulatio ista curam anxiam, attentam sollicitudinem, quæ Christus Fidelibus assistit; &, quasi Ecclesiam nunquam deserturus, in sancto circuitu illam identidem invisit, & illustrat. Ramirez in ep. Chr. hic.

*Ex Patribus.*

Si reges à regendo dicuntur; omnes utique, qui Ecclesias Dei regunt, Reges meritò appellabuntur. Origen. hom. 12. in Levit.

O beatam Ecclesiam nostram! quam sic honor Divinæ dignationis illuminat; quam temporibus nostris gloriosus Martyrum sanguis illustrat! Erat antè in operibus fratrum candida; nunc facta est in Martyrum cruore purpurea. Floribus ejus nec lilia, nec rosæ defunt. S. Cyprianus ep. 9.

Sancta Ecclesia Electorum floribus plena est; habet in pace lilia, in bello rosas. S. Gregor. hom. 35. in Evangel.

Corpus ejus Ecclesia est; corporis ejus odor sumus: & ideo decet, ut mortem corporis ejus ornemus. Etsi nostros illa non requirat ornatus; sed requirunt pauperes. Ornabo corpus ejus, si fiam sermonum ejus Prædicator, & possim Gentibus crucis aperire mysterium. S. Ambros. l. 6. in Luc.

Non sunt tot in orbe hæreses contra Ecclesiam, quot sunt testimonia legis pro Ecclesia. Quæ pagina hoc non sonat? quis versus non hoc loquitur? omnia clamant pro unitate Dominica. S. August. in Pl. 147.

Facilius cœlum exterminari potest, & terra perire; quam aliquid mali pati Ecclesia. S. Chrysostr. serm. de Pentecoste.

Sceptrum Filij Dei est Ecclesia Catholica. Hæc regnum; hæc est & nostri Redemptoris imperium. B. Petrus Domian. l. 1. ep. 22.

Patriarchæ, quasi designantes Ecclesiæ locum, figuris foderunt: Prophetæ fundamenta ejus scripturis suis posuerunt; Apostoli prædicationibus parietes extruxerunt; illorum sequaces expositionibus depinxerunt. S. Anselm. in Elucidario.

Sicut ex Adæ latere fabricata est Eva; ita ex Christi corpore, & vulnere, redempta crevit Ecclesia. B. Eucherius hom. 1. in Nat. D.

*Jesus deambulabat in templo, in porticu Salomonis.* Jo. 10. 23. Adverte, quia in illius templi (Synagogæ) exterioribus adhuc deforis deambulabat Christus; nec sedem ponit, sed deambulat; nec intus ingreditur. Hujus autem (Ecclesiæ) interiora perpetuò, habitataque intravit; sicut ipse dicit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus.* B. Eucherius hom. 3.

Videte

Videte fratres, ne degeneretis. Nobilis est mater, quae vos genuit; generosa sunt ubera, quibus lactati estis. Guarricus l. 2. in nat. SS. Petri & Pauli.

## §. IV.

## Ecclesia Catholica.

**A**nnuntiare justitiam tuam in Ecclesia magna. Pf. 39. 10. Catholicam dicit, quae toto orbe diffusa. Cassiodorus hic.

*Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi.* Pf. 60. 9. Audiant Donatista, à finibus terrae Ecclesiam clamare; Et ipsi eam Localem dicere protinus conquiescant. Contra vocem Mundi quis possit audiri? impudentissimum est, adversus trium testimonium loqui. Et contra generalem sententiam non erubescunt impudenter armari? Cur novis inventionibus animas fatigant? accipiant certè, quod credant; non quod suà iniquitate pervertant. Cassiodorus hic.

*Si dixerint vobis, ecce in penetralibus.* Matth. 24. 26. Potest hoc referri ad spiritualem Christi adventum, quò venit visitando Ecclesiam; non solum in isto loco, vel illo, sed toto orbe terrarum. Propter quod non est credendum, quòd in conventiculis haeticorum, seu locis particularibus tantum, sit CHRISTUS; sed in Universali Ecclesia. Dion, Carthuf. hic.

Chorus Christi jam totus orbis est: chorus Christi ab Oriente in Occidentem consonat. S. August. in Pf. 149.

Nulla pars Mundi ab Evangelio vacat Christi ex omni gente, ex omni conditione, adaptantur quotidie millia senum, millia juvenum, millia parvulorum; & effectibus gratiae

Christianae, etiam ipsa, quibus Mundus atteritur, arma famulantur. S. Ambros. de Vocat. Gent. l. 1. c. 10.

Ecclesia in Latinum vertitur *Convocatio*; propter quod omnes ad se convocat. S. Ildorus l. 8. c. 1.

Catholica vocatur: quia per universum sit orbem terrarum diffusa, à finibus terrae usque ad extrema. Et quia docet Catholicè, hoc est, universaliter, & sine ullo defectu, vel differentia, omnia dogmata, quae debent venire in cognitionem. Et quòd omne genus hominum pie subjugat, principes, & privatos. Et quia, in universum curat omne genus peccatorum; & quae per corpus, & quae per animam, patrantur: habeturque in illa omne genus, quocumque nomine vocetur, virtutis; in factis, & dictis, & spiritualibus charismatis omnigenis. Aptè autem Ecclesia vocatur, quasi dicas, Convocatio; propter omnium convocationem, & congregationem. S. Cyrillus Jeros. Catech. 18.

Vide plura tit. Fides.

## Miscellanea.

*Facies mea intumuit à fletu.* Job. 16. 17. Facies S. Ecclesiae sunt hi, qui in locis regiminum positi apparent primi; ut ex eorum specie sit honor Fidelis populi; etiam si quid in corpore latet deforme. S. Gregor. mor. l. 13. c. 7.

Oculi sponsae, id est, Ecclesiae, sunt Praelati; os, advocati, & Doctores; aures, Penitentiarij, & Confessores; Collum, Clerici, & Cantores; pectus, nobiles, & potentes; Ubra consiliarij; brachia milites; manus, operarij, & artifices; pedes, qui portant totum corpus, rustici, & agricultores. S. Bonavent. l. 1. D. 19. Pent.

## TITULUS III. EDUCATIO.

## §. I.

## In genere.

**E**rit tanquam lignum, quod plantatum est. Pf. 1. 3. Exoritur vates sapiens à satione selectioris praeconia plantae: quòd sciat, maturitatem frugum è positione trunci pendere. Debemus incunabilis, quae in subfelligerimus; seu cum laude, seu dedecore. Haerent enim primae elementa institutionis ita suis alumnis; ut ab eis, ne tum quidem, cum divelluntur, abscedant. *Plantatum*, inquit David, est feliciter *securus decursus aquarum*. Qui proficiet? *fructum suum dabit in tempore suo*. Aut fortè ninger? *folium ejus non defluet*. Quid si teredo plantam rodar? *omnia, quaecumque facies, prosperabuntur*. Cur? quia bene plantatum. Oliva l. 1. Strom. hic.

*Viri sanguinum, & dolosi, non dimidiabunt dies suos.* Pf. 54. 24. id est, non ponent dimidium vitae suae in cultura vitiorum, al-

teram dimidium in amore virtutum. Sed eorum senectus (haec enim est dimidium vitae eorum) similis erit per omnia prioris partì, scilicet juvenuti. S. Greg. mor. lib. 5. cap. 28. iniqui dies suos nequaquam dividunt: quia perverfam mentem neque in extremo vitae tempore immutant. Pinna in Eccl. cap. 6. Ethol. 75.

*Flores vni fructus honoris.* Eccl. 24. 23. Omnes arbores prius floribus ornantur; & ipsa vitis, cui se similem sapientia, seu pietas, dicit. Qualis ergo haec vitis, quae flores suos, fructus vocat? Flos Symbolum floridae juvenutis; fructus maturae aetatis; quales flores, tales fructus. Pinna in cap. 6. Eccl. Ethol. 75.

*Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua.* Thren. 3. 27. Onus quod non ferre voluit juvenis, aegre portabit senex. Pinna in c. 6. Eccl. Ethol. 75.

*Cito proferte stolam primam.* Luc. 15.  
22. Stola prima est virtus iuventutis, in qua cum edoctus. Qualis juvenis, talis senex. Id. ib.

*Draco stetit ante mulierem, quae erat paritura.* Apoc. 12. 4. Novit reptilium sagacissimum. Frustrâ aetatem maturiorem tentari, quam enascentem transmissis. Oliva l. 1. Strom. §. Exurgens Maria abiit.

Sicut ex eadem cera, cum mollis est, juxta diversos digitorum ductus, vel Angelus effingitur, vel daemon: ita ex eadem natura, dum mollis est aetas, vel Angelo similis puer, vel caeco-daemoni, efformatur. Barradius D. 2. Epiph. t. 2. l. 3. c. 1.

## §. II.

## Educatio bona.

## Num. I.

## Symbola, &amp; Similitudines.

*Sumpsit fiseellam serpeam, & linitis eam bitumine, ac pice, posuitq; inus infantulum.* Ex. 2. 3. Lippomanus: Omni diligentia incumbant, ut tutoreponatur infantulus exponendus; non minori fide, quam olim Noe arcam quoque suam disposuit. Fiseella hæc bonæ educationis figura. Gregor. Nyss. de vita Moylis: Fluctum aquarum hanc vitam dico, in qua perturbationibus alternis multi obruuntur. At verò cogitationes rectæ, rationesque, viridis partus parentes fiseellâ muniunt, quos genuerunt; nè undarum impetu confringantur, atque submergantur. Subdit: est autem velut virgulis diversis compacta fiseella; doctrinâ, ut arbitror, eâ; quæ multis, atque variis, disciplinis in unum collecta, super fluctus hujus vitæ fert, nec mergi patitur. Naxera in Jos. 14. §. 16. Non minus arduum, puerum criminum fluctibus eripuisse, quam Mundum à diluvio servasse. Idem in Jos. 2. §. 27.

*Obtulerunt aurum, thus, & myrrham.* Matth. 2. 11. Non sine causâ oblata est Christo puero myrrha à magis: ut discamus, pueritiam mortificatione, & disciplinâ indigere: quia illa ætas mollis facit, ut virga, flectitur in quamcunque velis partem, si adsit pædagogus. Salmeron hic.

Fervet initio vinum; sic & adolescentia: paulatim fervorem remittit vinum, tandemque consistit: sic æstus adolescentiæ tempore sedatur, tandemque constituitur, dum patrum disciplinâ eruditur. B. Hæias Abb. or. 12.

Qui palmites putat, partes eorum amputando; eis videtur nocere, & ipsi palmites lacrymantur: & tamen secundum veritatem est ad palmitem utilitatem; purgantur enim, & postea melius fructificanc: Sic est in pueris, qui patienter disciplinam suscipiunt. S. Thomas l. 5. de erudit principum, c. 33.

Pomum amarum, sedulò in manibus attritatum, dulcescit: sic juvenus inter manus bonæ educationis. S. Berengarius Ep. in similitud.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

## Num. II.

## Educatio bona durat in senectam.

## Ex Veteri.

Luctatur Jacob cum Angelo totâ nocte; & victor evadit: hinc ei à victoria nomen inditum. Gen. 32. 28. Unde Jacob tanta fortitudo, ut Angelum vinceret? Jacob cum fratre in utero matris luctatus, & vicit Oseæ 12. 3. *in utero supplantavit fratrem suum.* Artem luctandi callebat ab infantia. Theodoret. plantam fratris tenens in lucem prodiit; qualis futurus esset, præsignificans. Processu temporis vir factus, ad eam virtutis exercitatione excelluit; ut cum femel fratris timuisset adventum, DEUMQUE rogâset; non modo auxilium obtinuerit, verum etiam visus sit ipse sibi luctari cum DEO, & victoriam reportare. Ps. 128. 1. *sape expugnaverunt me - etenim non posuerunt mihi.* Unde ei tantum robur? *Expugnaverunt me à juventute mea.* Sylveira in Act. 10. q. 14.

Miraris impollutam Josephi innocentiam in Ægypto? accusavit puer petulantiam fratrum, aditque in filiis scelus pessimum. Gen. 37. 2. Oliva l. 1. Strom. §. Exurgens Maria.

*Erit Nazareus DEI ab infantia sua, & ex matris suæ utero.* Judic. 13. 5. Mulier hæc ab Angelo audiens refert marito suo: *erit puer Nazareus Dei ab infantia sua, & ex utero matris suæ usq; ad diem mortis suæ.* Postremum non dixit Angelus; sed ipsa addidit: quia ab infantia sancta intulit; quòd talem vivendi modum per omne suæ vitæ tempus servaret. Sylveira in Math. 11. q. 20.

*Puer Samuel accinctus Ephod limbo.* 1. Reg. 2. 18. Cur Sacerdotis habitus puero datur? ut vel ex habitu disceret, etiam in pueritia esse modestus, & gravis, instar Sacerdotis. Bæza t. 3. l. 14. c. 1. §. 14.

David Goliath elisit in acie. 1. Reg. 17. Præfocavit ursum in pascuis. Casta Judith in conopæo; casta & domi fuit à viro alieno post viri mortem. Nemo Samueli grandævo rapinam objicere potuit, aut injuriam: puer ministrârat Domino. Vix ullum dabis victorem criminum in Scripturis, quem non puerum videas triumpho suo prælusisse. Oliva l. 1. Strom. antè citatus.

*Surgans pueri, & ludant.* 2. Reg. 2. 14. ait Abner. Textus est de ludo militari, quò exercentur pueri; ut virtutem militarem à teneris imbiant. Velloso in Judith 7. Paræn. 5.

*Hæc, & his similia, secundum legem DEI puerulus observabat.* Tob. 1. 8. Cum ab infantia sua semper DEUM timuerit &c. Tob. 2. 13.

Cantionibus sacris literas præfigit alphabeticus David Ps. 118. & Jeremias Threnis. S. Hieron. in præfat. ad lib. Reg. quibus quasi literis, & exordiis in Dei doctrinâ, tenera adhuc, & lactentis quodammodo viri iusti traditur infantia. Velloso in Judith 7. paræn. 5.

Sss

Excu

Excusanti Jeremix missionem c. 1. 6. *nescio loquis*; ait DEUS: *ad omnia, quae mittam te, ibis.* Et unde vis tanta rerum conficiendarum? *Ansequam exires de vulva, sanctificavi te.* Oliva l. 1. Strom. ib.

Safanna constantia unde? *Parentes enim illius, cum essent iusti, erudierunt filium suam secundum legem Moysi.* Dan. 13. 3. Bonae educationi triumphum suum debet Safanna. Haustam cum lacte pudicitiam nudata retinuit. Oliva t. 2. Strom. §. Religio munda haec est.

Eleazarus senex, cum & à tyranno, & ab amicis; ac denique ab ipsis cruciatibus, coram positus, ad divinam legem violandam cogere; se contra haec omnia tela obarmavit unica cogitatione vitæ bene à puero institutæ. 2. Machab. 6. 23.

### Ex Novo.

*Hominem mollibus vestitum?* Matth. 11. 8. Non otiose proponit CHRISTUS D. amictum Joannis ab omni purum mollitie; religionis, & poenitentiae virtutibus sacrum. Est enim trimus puer in desertum abiit; non credendum est, eò tecum detulisse pictas fasciolas, bullas, corallia, & cætera crepundia, molliculaeque ornamenta. Imò jam in domo parentum habitum acceperat, qui deceret Eremitam. Exemplum inde sumunt ij probi Fideles, apud quos pueruli religionem docentur fugere, dum habitum induunt religiosum. Baeza t. 3. l. 14. c. 1. §. 14.

*Dic, ut sedeant hi duo filij mei.* Matth. 20. 21. Adverte pie foeminae sapientiam, quæ non offert filios DEO, nisi ut sedeant; hoc est, persistant immobiles coram ipso. Id enim vel maxime parentes curare debent, ut illorum filii immobiles perseverent in via divini servitii semel arreptâ. Baeza t. 2. lib. 12. cap. 8. §. 10.

*Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione.* Luc. 1. 39. Pergit ad Joannem, ut Filium catenam solvat originalis culpæ. Scit enim, validiori ætati infantiam præcludere; & malè sperari à viro, quod frustra effingere tentatis vagientis. Ut peccata Joannes vir expiet in Jordane, à crimine puer eximatur in utero. *Spiritu S. replebitur adhuc ex utero, & multos filiorum Israel convertet.* Luc. 1. 15. Pendet autumnalis vindemix copia ex gemine, floresque vernantis suo tempore palmitis. Oliva l. 1. Strom. hic.

*Exultavit infans in utero.* Luc. 1. 41. Sciebat Joannes, gratum DEO fore, si festinaret in obsequium adhuc infans. S. Bernardus hom. 4. de Laud. Virg. ut minori adhuc Domino sui officij valeat exhibere primitias. Velloso in Judith 7. paræu. 5.

*Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide, & dilectione.* 1. Timoth. 2. 15. Vix putantur parentes satisfecisse officio suo; nisi cum ita filius instruitur, ut in virtute permaneat. Baeza t. 2. l. 12. c. 8. §. 10.

Num. III.

Exempla bonæ educationis.

Ex Veteri, & Novo.

*Seth natus est filius, quem vocavit Enos &c.* Gen. 4. 26. Non solum parentum hic monstratur pietas; sed & magna erga pueros diligentia. Et quomodo statim, & a principio, erudebant pueros, qui ipsis nascebantur: admonentes appellationibus, quas illis imponebant, ut virtutem exercerent. Et non, sicut nunc, fortuito, & absque causa, nomina fiunt. S. Chry. soft. hom. 21. in Gen.

*Ejice ancillam hanc, & filium ejus.* Gen. 21. 10. Mirabile! quia solum videt ludentem, non quiescit, quousque pater ejus ipsum, & matrem, domo ejiciat. Tantumne hoc nefas erat, fratrem cum fratre ludere? ad hoc communiter respondetur: ludum illum fuisse idololatricam; & Ismaelem idola fictilia fabricasse, fratremque suum Isaac docuisse illa adorare; sicuti modò pueri altaria erigunt. At verò Sara periculum illius ludi intelligens, conjugem suum importunus precibus obsecravit; ut, ipsò Dominò eum jubente, & ad id impellente, Ismael ejecerit. Diez. c. 1. D. 5. Pent.

Anna non composuit suum Canticum filio in lucem editò; sed in tabernaculum oblatò: quia majus beneficium censuit, filium DEO reddidisse, quam filium à DEO accepisse. 1. Reg. 2. 1. Mendoza hic Annot. 12.

*Cum in orbem transissent dies convivij, mittebat ad eos Job, & sanctificabat eos &c.* Job. 1. 5. Ullane jam nobis erit exultatio, ejusmodi scelus admittere audentibus; quando is, qui ante gratiam, ante legem, fuit; qui nullò sacrarum literarum magisterio instructus erat; tantam filiorum ostendit, gestitque, providentiam: ut de incertis quoque eorum, & occultis, tremere, paveretque, delictis. Quanam nos jam exultabit ratio? qui, cum simus sub gratia; cum tantis, & tam insignibus, magistris: potiamur; cum ejusmodi exemplis abundemus, totjque monitis erudiamur; non modò pro occultis, incertisq; filiorum peccatis, non metuimus; verum aperta quoque, & manifesta, contemnimus. S. Chrysoft. l. 3. adv. vitup. vitæ monasticae.

*Nè forte peccaverint filij mei &c.* Job. 1. 5. O sinceritas patris! ô dilectio parentis! ô studium genitoris! non enim tantum pro corpore sollicitus erat; sed plus de anima cogitabat. Origen. hic.

*Ut doceret eos literas, & linguam Chaldaeorum.* Daniel. 1. 4. Nulla de torquendis jaculis, aut de edomandis equis, apud barbaros mentio. Nam licet iis quoque credam artibus imbui solitos ephesos Babylone; prima tamen instituenti pueros cura est, ut saperent. Erant enim in partem imperij ascendendi, & à rege provinciis imponendi. Olival. 6. Strom. §. suscitabo David germen.

Nota: quòd Joseph, & Maria, secum ducunt puerum JESUM in templum. Luc. 2. 42. Exemplo sunt parentibus, pueros maturos assuefacere piis moribus. Nam pueros duorum, vel trium, anno-

annorum, in templum deferre; qui cursu, lusu, ploratu, immodestia, non nisi celebrantibus molesti sunt; ac matrum, aliorumque, devotionem turbant; non est pia, sed pravæ, consuetudinis. Marchantius D. I. Epiph.

*Ex historiis, & vitis Sancto-  
rum.*

Hinc educatus recte ab incunabulis, ut qui intueret egregia exempla domi, reddebat usque verecundior: & hinc, velut magis, magisque, de nebula nubes coit, semper mihi aurefcebat cupiditas boni. S. Greg. Naz. Poemate in vita sua.

Mater S. Bernardi septem liberos genuit, non tam viro suo, quam Deo: sex mares, omnes Monachos futuros; feminam unam sanctimoniam. Ex vita l. 1. c. 1.

S. Antonius tantâ suorum nutritus curâ, ut nihil aliud, præter parentes, Dominumque, cognosceret. Vita ejusdem.

Familia Caroli M. continuos per multa sæcula Duces, Regesque protulit; rerum gestarum gloria, in caelo, æquæ ac in terra, conspicuos: idque ex pia institutione Modoaldi Archi-Episcopi Trevirensis, & S. Arnulphi Episcopi Metensis; à quibus prognata descendit. Cornelius in Sapient. cap. 7.

S. Gregorius Naz. or. 20. S. Basilium comparat Achilli; quem fingunt Poetæ educatum à Chirone Centauro; ab eoque enutritum medullis leonum, & cervorum: longè enim melius, sanctiusque, educatus fuit S. Basilus, à timore DEI, quasi pædagogò; ab eoque & sanctam audaciam leonum, & pium pavorem cervorum, hausit, & sumpsit. *Time Deum - eris irrigatio ossium tuorum.* Prov. 3. 7. 8. Cornelius in Prov. 3.

Comes Elzearius à Roberto Rege Carolum filium natu majorem, eundemque Calabriae Ducem, regis aribus imbendum accepit. Carolus minus compositos mores prætulit, lascivorum sermonum amantior. Elzearius Carolum ad se vocatum his verbis aggressus est: ab omni quidem Christiano ore, & aure, sermones illoti, & turpes, procul arandi sunt; maxime verò à Principum, ac Regum, colloquiis. Fuge homines contaminatos, qui spurcitas effutiant. Venenum, quod auribus instillant, diutius hæret, quam auditur. Hæc Elzearius animo tenero oratione tam nervosâ impressit, ut Carolum brevi ad omnem pietatem, & pudorem, adduxerit, non sine totius aulae stupore. Hinc illæ voces: Dominus Dux in alium hominem mutatus est. Certè ipse Carolus non tantum postea verbum obscœnius nullum fecit; sed nec audire sustinuit. Drexelius Orb. Phaet. c. 54. §. 2.

S. Edmundi mater, Religiosa magis, quam sæcularis, filium religiosius imbuat, & cohortata, ut, ad virginæ corporis florem semper illibatam retinendum, suam carnem, jejuniis, ac ciliciis, domaret; & Creatorem, re quamvis minimâ, offendere caveret. Etiam tenero persuasit, ut cujusque hebdomadis feriam sextam jejunus exigeret, pane, frigidâque, contentus. Atque ut hoc ei jejunium persuaderet, quædam

*Polyanth. Sacr. Tom. I.*

bellaria, aut alias elegantias, dabat. In Academia literis operam danti lincis pannis, quos ei mittebat, addebat subinde cilicium; ut eò diligenter uteretur, hortata: sollicita, nè fortè à pravis sodalibus abreptus in præceps abiret. Quam matris doctrinam adeò firmiter tenuit, ut, quoad vixit, nunquam animum venerèa illecebrâ inquinavit. Ribadeneira in flore SS. 16. Novemb.

Num. IV.

*Educatio bona grata DEO, meritoria.*

*Num celare poterò Abraham, que gesturus sum?* Gen. 18. 17. Quodnam ob meritum? *Scio enim, quod præcepturus sit filius suis, & domui suæ post se, ut custodiant viam Domini; & factant judicium, & justitiam.* v. 19.

Cur potius ablactationis, quam nativitatis, dies instructo convivio celebratus à parentibus Samuelis? 1. Reg. 1. 24. Respondet Mendoza hic; ut significarent, eum præcipue celebrandum, in quo filii non simpliciter vitam; sed bonam vitam, inchoarent; in quo abducerentur à terrenis voluptatibus, & applicarentur ad divinas. Sic exponunt Origen. hom. 7. in Gen. S. August. q. 50. in Gen. S. Ambros. l. 1. de Abrah. c. 7. Rupertus &c.

*Adol. scens juxta viam suam, &c.* Prov. 22. 6. Hebr. Sic habent: *dedica, vel mita, puerum ad os viæ suæ.* Sicut enim altare, vel templum dedicatur Domino Deo; sic puer, & pueritia, velut pura, & intacta, statim dedicata est Deo; ut per eam reliqua omnis ætas Deo, velut ejus authori, & Domino deditur, Cornelius hic.

Num. V.

*Alia motiva varia bonæ educationis.*

*Samson dilaceravit leonem quasi hadum in frustra disperpens.* Judic. 14. 16. Domum tamen regressus patri, ac matri noluit indicare. Cur tantam victoriam filius? Planè, ut mihi videtur, inquit Mendoza, nè, si parentes tantas filii sui vires, animosque, cognoscerent, eum formidarent; proindeque ab eo reprehendendo, si opus esset, abstinere, Mendoza in 1. Reg. Annot. 12. sect. 3.

*Capite nobis vulpes parvulas, que demoliuntur vineas.* Cant. 2. 15. Dæmones; qui vulpium naturam induunt, ut per dolos cum hominibus agant. Sed cur ita vineam custodiri petis? nam vinea nostra floruit. Atqui vulpes potius maturis uvis, quam floribus, insidiantur. Ità est, de veris vulpibus; sed dæmones potius arcenti à floribus; quam fructibus: quia magis juvenibus, quam senibus, parant. Pinna in Eccl. 6. Ethol. 75.

S. Hieronymus ep. ad Latam de filiola ejus Paula, quæ neptis erat S. Paulæ, ità scribit: ipse, si Paulam miseris; & magistrum, & nutritium, spondeo. Gestabo humeris, balbutientia senex verba formabo, multò gloriosior Mundi Philosophò, qui non regem Macedonum Babylonio periturum venenò, sed ancillam,

SSS 2

& spon-

& sponfam Christi, erudiam regnis cœlestibus offerendam.

Quid majus, quam animis moderari? quam adolescentiorum fingere mores? omni certe pectore, omni certe statuariò, cœterisque hujusmodi omnibus, excellentiorem hunc ducò; qui juvenum animos fingere non ignoret. S. Chrysof. hom. 60. in Matth. 18.

Pròba educatio naturâ nobilior. Aurum dum purgatur, variis instrumentis politur, clarius emicat; ut dubites, an plus naturæ, an arti, debeat? Inter homines alius, nobili licet origine natus, caret disciplinâ, brutescit morum rusticitate; ita ut provocet odium, & despiciatur. Naxera in Jos. 14. §. 8.

Num. VI.

*Præxes bona educationis.*

*Prima.*

*Non sit nimis rigida.*

*Terra erat inanis, & vacua.* Gen. 1. 2. Sperâstes ab ea lilia, & gemmas. Quid si juberis in horrea messes inferre? Ataris eam profcinderem, adigeremque in viscera ferrum. Exerrares à cœli agricultura: nam DEus, ut terra germinet, lucem primò inducit v. 3. dixitque DEus, fiat lux. Aquis oppressam siccatur, tum non aratrò, sed germina, stirpesque, verbò fecundat. Pone ergo ligones, falcesque; nec verberibus, sed verbis agendum tibi esse scito cum filio. Oliva fer. 5. D. 4. Quadr.

*Loquimini ad petram, & ipsa dabit vobis aquas.* Num. 20. 8. Quid rupe aut sterilitas, aut durities, & tamen eliciendo ex eo flumini vox sufficisset: Loquimini. Id. ib.

*Fili, quid fecisti nobis sic?* Luc. 2. 48. Sit parentum in filios correctio suavis, cum amore, non imprecatione. Ephes. 6. 4. patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros. Marchantius D. 1. Epiph.

Furebat, & fremebat, natu major filius recepti nuntio fratris à Patre. Videbatur à saginato vitulo, quò frater recreabatur, in pardum efferratus, parentem cum filio voraturus. Nunquam dedisti mihi hœdum. Quò putas, sevitiam tantam repressit pater? fulte? an ense? fili, tu semper mecum es. Sentiat quisque quod vult: ego pluris facio senis patientiam in grandiozem, quam commiserationem in prodigum juniorem. Facile est parenti, filium amplexari lacrymantem; at furentem non modò non arguere, sed filium vocare; arduum æquè, ac rarum est. Delinitus ita est furor primogeniti his patris illecebris, ut nè musârât, aut de vitulo, aut de fratre. Oliva l. 1. Strom.

*Secunda.*

*Parentes ipsi sint probi.*

*Ambula coram me, & esto perfectus.* Gen. 17. Ità Dominus ad Abraham locutus est; non cum de Ur Chaldæorum eum eduxit; neque cum illum dimisit in Ægyptum; sed cum ex Sara suscepturum prædixit Isaac. Ergo non abeunt ex patria; non fratres, & opes, dimissuro; non peregrinaturò inter impios, perfectio necessaria

est; sed cum educandus est filius, qui nascetur. Oliva l. 2. Strom.

*Noluit commistare Spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, qui primogenitus erat ei.* 1. Reg. 13. 21. Ità incestum filij non castigavit pater partim amore, partim verecundiâ ductus. Quippe cogitaverat David; ego ipse sum castigabilis; nam liberis meis pessimò exemplo nocui; cur exprobrem, quod ipse feci? Animosum facit innocentia, libertatem admittit sceleris conscientia. In educandis liberis rex David vix quidquam laudis obtinuit, regias curas solertissimè tractavit; liberorum curam, nec severam putem, nec feram gessit: hinc nec Absolomem patrâ jam cæde à fuga retrahi in carceres jussit. Drexelius, David c. 25. §. 1.

*Exclamavit voce magna.* Luc. 1. 42. Idèò magnâ voce clamabat: quia illum continebat in utero, qui erat vox Verbi; secundum quod de ipso dicitur: vox clamantis in deserto. S. Bonavent. hic. Sint matres tales, quales optant proles. Sylveira hic q. 16.

Quare ait Elisâbeth, unde hoc mihi etc. Luc. 1. 43. Titus Bostr. cujusmodi verba suò postea tempore deprompturus erat Joannes Math. 3. 13. ejusmodi ferè hœc locò deponit mater illius Elisâbeth: ut enim ille indignum se pronuntiat, qui Christo proximè afflitteret; ita hæc quoque deipare Virginis præsentia indignam se pronuntiat. Quisq; patris, ac matris, mores facile fugit. Id. hic. q. 21.

*Varia alia præxes.*

*Psalmi 44. titulus pro iis, qui commutabuntur, filijs Core.* Symmachus, Aquila, Theodoretus, legunt: pro floribus, seu pro liliis, filiorum Core. Lilia, nè defluant, diligentem curam requirunt. S. Hieron. ep. 7. ad Latam, exhortans parentem ad filios probè instruendos, rationem subdit: citò flores pereunt; citò violas, & liliùm, & crocum, pestilens cura corrumpit. Sicut natura rosas, nè facile carperentur, spinis munivit; ita parentes aculeatis præceptionibus debent filios erudire. Matrimonii flores liberi; quos quidem carnalium prætorum divinus colligit agricola. Clemens Alex. l. 2. pæd. c. 8.

*Ex ore infansium etc.* Matth. 21. 16. S. Chrysof. Euthymius, & Theophylactus, censent; hos infantes, qui clamabant hosanna filio David, verè infantes fuisse, id est, fari nescios. Innuit hic Christus; ut infantes, cum loqui incipiunt, doceantur pia proloqui; ac prima eorum vox sit hosanna, JESUS, MARIA. Sic S. Hieronymus scribit ad Blasillam, ut Paulam filiolam, primùm ut fari incipit, alleluja pronuntiare doceat; uti S. Franciscus Borgia, prima, cum infans esset, edoctus est verba sonare JESUS MARIA. Cornelius hic.

*Alleluja! Alleluja!* Apoc. 15. 7. S. Hieronymus in epitaph. Fabiolæ, docet: Christianos ita crebro habuisse in ore Alleluja, ut ipsi etiam infantes, dum fari inciperent, primùm Alleluja balbutire docerentur.

Verba nutrientium, aut lac erunt, si bona sunt; aut venenum, si mala. S. Gregor. ep. 23. l. 6.

Prima

Prima institutionis est disciplina, culpam auertere; secunda, virtutem infundere. S. Ambr. lib. de vid.

Nihil aliud discat audire, nihil loqui; nisi quod ad timorem Dei pertinet. Turpia verba non intelligat, cantica Mundi ignoret; adhuc tenera lingua psalmis dulcibus imbuatur. Proel sit ætas lasciva puerorum: ipsæ puellæ, & pedisequæ, à secularibus confortis arceantur; ne, quod male didicerint, pejus doceant. S. Hier. ep. 7. ad Lætam de inlit. filiolar.

Vide plura tit: Parentes.

## §. III.

## Educatio mala.

## Num. I.

## Symbola conuersionis.

**F**ilia populi mei crudelis, quasi struthio. Thren. 4. 3. Filia Jerusalem, matres filiarum suarum, in educandis illis sunt crudeles sicut struthiones. Quid ergo hæc crudelitas affine habet immanitati struthionis? Primum illud, quod de eo Job 39. 13. *penna struthionis similis est herodij, & accipitris.* Sanct. Gregor. quia alas quasi ad volandum specie tenus erigit; sed tamen nunquam se à terra volando suspendit.

Ita ille. Tales multæ sunt matres: vident filias suas vanas leues; & quæ sum videre, tamen videri, ament; oburgantque eò nomine illas; sed quò modò? struthionum instar: asperius enim appellant, nec appellant; minantur, non minantur: omnia scilicet in speciem faciunt; quia nihilominus illis omnia permittunt. Alterum, quod Struthio habet Job 39. 15. quod derelinquat ova sua in terra; *obliviscitur, quòd pes conculeat ea, aut bestia agri conserat.* Sic matres non cavent prolibus de mala societate. Tertio: struthio, ob calorem vehementem, ferum concoquere potest: tales multæ matres, in digerendo, dissimulando, & utinam etiam in persuadendo, & fovendo, errata suarum filiarum. Did. Niss. f. 5. Dom. 1. Quadrag. §. 2.

## Num. II.

## Mala educatio punitur à Deo.

**O**ccurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Ex. 4. 24. Quis non inhorrescat, & tremat? digressum à Dei colloquio Moysen, regi abdicatione, Ægypti occisione, legatione ad Pharaonem, insignibus, insignem, Angelus non arguit, non flagellat, non vulnerat; sed neci destinat. Incircumcisi scelus tam grande est, ut destinatum ad maxima prophetam supplicio subjecerit perditurum? sed Deo collocutus est, Jethro pro Deo valedixit, in DEUM constitutus est Pharaonis, annis 40. servivit pro tuenda lege, annis item 40. pro tuenda justitia exulavit.

Summa sunt hæc sanè, ait Angelus: tantum tamen incircumcisi pueri piaculum est; ut solò funere parentis expiari possit: *volebat occidere eum.* Quod si neglecta, imò dilata, pueri incircumcisio in tantum adduxit discrimen virum

tantum? quantum peccatorum ijs impendet parentibus; qui non solum non expiant filios ab Adæ peccato; sed proprijs, & iniquissimis, feceribus inquinari eos sinunt, imò non raro cogunt. Olival. 3. Strom. §. Qui sunt hi sermones.

**Cecidit (Heli) de sella retrorsum juxta ostium, & fractus cervicibus mortuus est.** 1. Reg. 4. 18. Non moritur in sella sedens, sed cadens: ut qui filios probè non instituit, magisterij cathedrâ indignus censeretur. Non cadit in faciem, sed in tergum: ut qui filiorum scelerâ, ut par erat, non advertit; quò ipse rueret, ignoraret. Cervices fregit ex ruina, caputque illisit: quia filiorum cervicibus indomitas non subegit; & proprium capitis officium, in administranda familia, non curavit. Mendoza in 1. Reg. 1. annot. 10. *De patre impio queruntur filij; quoniam propter illum sunt opprobrio.* Eccl. 41. 10.

**Maledixit eis.** 4. Reg. 2. 24. Magis parentes, quàm pueros, punire voluit: parentes enim idololatræ pueris instillabant suam idololatram, & contemptum veri Dei, eiusque prophetarum. Nam, ut ait S. August. f. 204. de tempore parentibus instigantibus fecisse pueri contumeliosi credendi sunt. Neque enim illi clamarent, si parentibus displiceret. Et S. Justinus q. 80. Deus puerorum clade parentes flagellavit; ac simul posteros monuit: ut in vero Dei cultu, modestiâ, & probitate, filios suos educerent; nè similiter castigentur. Cornelius hic.

**Egressi duo ursi de salve.** 4. Reg. 2. 24. Cur potius ab uris, quàm leonibus (cum, ut notat Abulensis, regio illa leonum fuerit feracissima) fuerunt discepti? quia ursi parentes de educatione sollicitos adumbrant: nam, ut refert Plinius, l. 8. c. 36. partus suos informes lambendo fingunt, poliunt, formant. S. A. n. b. l. 6. hexam. c. 4. uris partus suos ad sui effingit similitudinem: tu filios institueret tui similes non potes? Id. ib.

## Num. III.

## Mala educatio dissuadetur pluribus motivis.

**Erunt vobis, quasi clavi in oculis, & lancea in lateribus.** Num. 33. 55. hoc impletur in male educantibus proles suas.

**Dilex.** Pl. 114. 1. O quàm afflicti parentes multi, qui filijs suis semper vespas Defunctorum canunt. Primum ibi verbum *Dilexi.* Nimis liberos amat; & illi hac occasione *Placebo* canunt; exorbitando, ad placitum in bonis dies suos ducendo. Quid tandem? miserimè vitam perdunt; & parentibus canendum *Requiem* maximo dolore. Paoletti D. infra Oel. Nat. D.

**Ubi est literatus? ubi legus verba ponderans? ubi doctor parvulorum?** querit Il. 33. 18. ruinam supremam Reipublicæ Hebrææ ostensurus. q. d. de Republ. Hebræorum actum est: quia juventutis doctores boni, instructoresque non adsunt. Mendoza in 1. Reg. 1. Educatio filiorum.

**Ex quo ei hoc accidit? ab infantia.** Marci 9. 20. S. Chrysof. f. 51. interrogatione tali tempus aperit, ætatem pandit, revolvit infantiam,

ut tanti mali causa non tangat sobolem, sed parentem: quia à Deo sibi datum pignus, ad diaboli gratiam, dæmonum retulit ad honorem. Si adulto malum accidisset, filij culpa deputaretur. At cum ab infantia dæmonis sit domicilium, patris crimen est, qui male puerum educavit. Sylveira hic q. 20.

*Sic Deus dilexit Mundum &c.* Jo. 3. 16. Ecce Deus dedit tibi Filium suum; & tu merito debes ei dare filium tuum; ipsum semper ad bonum inducendo. Sed heu! Deus dedit tibi filios; & tu dedisti diabolo filios tuos, quando eos in vitijs educasti. Pl. 105. 37. *immolaverunt filios suos, & filias suas, dæmonijs.* S. Bonav. f. 2. f. 2. Pent.

### Ex Patribus, & aliis.

Nemo omnino est sic prudentiæ inops, qui non summâ infamiâ dignum judicet, se ab avibus, & bestiis, quæ longissimè à ratione absunt, virtute superari. Nam si læna cordi est fœtus; si lupus pro catulis decertat, & sanguinis ovium dispendiò cibum illis omnî periculò postpositò, ministrat, cum ipse vorax sit. Quid, quæso, Judici tuo Christo dices ô homo, familiam habens, & filios; ab ipsomet Domino, & Judice, sibi ut pædago alendos, sanguine suo redemptos; qui præceptum de educandis filijs negligis, naturamque pervertendo, etiam divinum man-

datum conculcare non times? Sanct. Basilii orat. 18.

Nulla alia ex ratione perverti ut fiant liberi contingit; nisi quòd eorum patres circa vitæ præsentis commoda æquò amplius, & incumbunt; & ferè dixerim, insaniant. S. Chrylost. l. 3. adv. vitup. vitæ Monast.

Majorem asinorum, ac equorum, quam filiorum, curam habemus. Sanct. Chrylostom. hom. 60. in Matth. 18. vide locum, & multas invenies.

Qui non corrupit puerum ova furantem, magnum postea latronem patitur, equorum stabula perfringentem. Sanct. Petrus Dam. l. 1. ep. 22.

Chariores multi videntur habere porcos suos, quam filios. S. Thomas l. 5. de erudit. princip.

Tartari nonnulli suos infantes lactant lacte caninò, ut evadant feri, pugnaces, rixosi, instar canum. Prov. 1. 10. *Si se lactaverint peccatores.* Cornelius hic.

Notum est exemplum adolescentis: qui maternâ indulgentiâ, ut fit, corruptus; cum ob scelera duceretur ad supplicium, exclamavit: non Prætor, sed mater mea, ducit me ad fuream. Corn. in Prov. 23.

Vide plura tit: Filij, Exempla, Juventus, Matres, Parentes.

## TITULUS IV. ELECTIO.

### §. I.

*Libera homini ad bonum, & malum.*

**A**pposuit tibi aquam, & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Eccl. 15. 17. Per aquam, & ignem, quæ sunt elementa opposita, proverbialiter accipe quælibet contraria. Hinc per aquam, quæ refrigerat, accipe refrigerium gloriæ; per ignem, pœnam, & flammam gehennæ q. d. elige utrumlibet quod vis. S. Basilii in illud Pl. 61. 10. *veruntamen vani filij hominum mendaces in stateris*, ita ait: quid est, quod dicit: quoniam cuilibet nostrum intus statera quædam est à Creatore omnium apparatus, per quam rerum naturam probe possis cognoscere. Posui, inquit, ante faciem tuam vitam, & mortem; bonum, & malum; duas inter se contrarias naturas. Has tu apud tuum tribunal, & judicium, examina; ac diligenter expende, quid utilius tibi sit? an momentanea, parùmque duraturam, eligere voluntatem, per quam mortem apprehendas æternam? an in virtutis exercitatione afflictionem malle, quâ perpetuas consequaris delicias? Cornelius hic.

*Surge, & accipe puerum &c.* Matth. 2. 20. Joseph, Nutritius Christi, rediturus in patriam, duas sibi vias habuit propositas: liberum ei erat, aut in Judæam, aut in Galilæam ire: An-

gelus enim id unum jusserat: *vade in terram Israel.* Joseph prudenter deliberans, cum audisset, quòd Archelaus regnaret pro Herode patre suo, timuit illò ire. Ad cœlum nobis, & ad orcum, via patet; eligamus maturè, utrà placeat. Sexcenties ingeritur nobis, apud inferos regnare diabolum, apud Superos Christum. Elige, quod placet. Drexelius de inferno c. 13.

Quid vis? utrum amare temporalia, & transire cum tempore? an Mundum non amare, & in æternum vivere cum Deo? S. August. t. 2. in ep. S. Joan.

Die mihi, ô cor humanum! quid magis eligis? semper gaudere cum hoc Saculo? vel esse semper cum Deo? Quod plus diligis, hoc plus eligis. Hugo à S. Vict. tr. de laudib. charitat.

### §. II.

*Motiva bonæ electionis.*

Reprobatio mali, & electio boni, sic animæ rationali infixæ sunt divinitus; ut de hoc nemo rectè causetur, quia nulli ad harum rerum prosecutione deest scientia, sive potentia: quia, & quod agendum est, scimus; & quod scimus, facere possumus. Sanctus Cyprianus de Baptismo Christi.

Sanè prudens, & dispositissima, electio; quâ transitorijs æterna, vitijs virtutes, exilio patriam præ-

prætulisti. Hildebertus 31. ad viduam Sæculo renuntiantem.

Est rationalis animæ iustum iudicium, ut eligat Deo magis servire, ac Sæculo; ut statuat mandatis Christi obsequi, non diaboli consilij depravari: ut spiritualibus inhære decernat studiis, non carnalibus vitis implicari: & ut æternam beatitudinem futurorum brevissimi Mundi voluptatibus iudicet præponendam, Sancti. Gaudentius tr. 11.

Cogita, te medium, inter cælum, & terram, constitutum esse; & tam illud, quàm hunc, ad te admittendum; patere; pro elevatione, quam facies. Considera deinde electionem alterutrus, quam quis in hoc Mundo fecerit, æternùm in altero duraturam. D. N. J. Christus è summo cælorum, eâ, quâ est, benignitate, te aspicit, & quàm blandissimè invitat, dicens: intra dilecta anima mea in requiem æternam; conijce te intra bonitatis meæ brachia, quæ immortales illas delicias, ex amoris sui abundantia, tibi præparavit. Vide etiam Sanctos te studiosè adhortantes; & tot sanctorum animarum milliones, te blandè, amicèque invitantes; ad eò nihil videre desiderantes, quàm ut cor tuum in suo aliquando conjunctum sit; quò junctis animis Deum in omne ævum dilaudetis. Sancti. Franc. Salesius Philoth. p. 1. c. 17.

Omnis homo, cum sit dotatus prærogativâ rationis, debet uti ipsâ, ad discernendum inter bonum, & malum; inter bona præsentia, & futura; inter mala præsentia, & futura; inter bona corporis, & animæ; inter Creaturam: ut, quod melius est, eligat. B. Humbertus p. 1. f. 1. ad omnes homines.

## §. III.

*Electiois bona praxes, & regula.*

**M**emento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ. Ecclæ. 12. 1. Hebr. tempore electionum suam. Sensus, quasi dicat, juxta S. Hier. Hugon. Dionys. Cajetan. Adolescens, qui in flore, & vigore, es ætatis; blanditur tibi

voluptas, sollicitat venus, infligant socij, impellit dæmon: quare nè iis succumbas, & teipsum perdas; memento Creatoris tui: quòd scilicet sit Deus tuus Creator, tu ejus creatura; quæ totum suum esse, quantum quantum est, debet Creatori; ab eoque tota pendet, tam in esse, quàm in conservari, sicut radius à Sole. Si igitur homo creatura Dei es, memento te totum, quantus es, Dei esse, non tuum; non parentum, non alterius creaturæ. Redde ergo Deo, quod suum est, redde teipsum. Itâ, ut Creatoris nomen habet emphasim; qui titulus exposcit à creatura; ut Deo Creatori suo, velut absoluto suo Domino, præster omnem submissiõnem, reverentiam, & amorem. Corn hic.

Primus Adam pelliceis vestitur tunicis, panis secundus involvitur. Non est tale iudicium Mundi. Aut iste fallitur, aut Mundus errat: sed divinam falli impossibile est Sapientiam. Quid enim? Christus utique, qui non fallitur, elegit, quod carni molestius est. Id ergo melius, & utilius; idque potius eligendum. Et quisquis aliud docet, aut suadeat; ab eo, tanquam à seductore, cavendum. Quid stabulum eligit? planè ut reprobet gloriam Mundi, damnet Sæculi vanitatem. S. Bernardus l. 3. in Nat. D.

Quidam prius iudicant, & postea probant: ego, de potione, utrum dulcis sit, an amara? ante gustum non iudicabo. Sanctus Bernardus ep. 192.

Talem quisque viam eligat, qualem eligere voluisset, si in mortis articulo constitutus esset. S. Laurent. de discipl. Monast. cap. 20.

Operatio virtutis electivæ attenditur in consilio, iudicio, & desiderio. Consilium autem est in inquirendo, quid sit melius? hoc? an illud? sed melius non dicitur, nisi per accessum ad optimum; accessus autem est secundum majorem assimilationem. Omni igitur consilianti necessaria est impressa notitia summi boni. S. Bonaventura Itiner. ment. ad DEUM cap. 3.

## TITULUS V.

## ELEEMOSYNA.

## §. I.

*Symbola.*

**E**levatio manuum mearum, sacrificium vespertinum. Pl. 140. 2. Elevatio manuum significat opera pia, quæ in eleemosynis exercetur. Sacrificium verò vespertinum illam oblationem significat, quam in fine vitæ Domino solet offerre religiosa devotio, cum penitentiam gerimus. Vespera enim nostra est, quando ista lucem morte veniente deserimus. Cassiodorus hic.

Cum universis lignis Libani. Cant. 4. 14. Ligna Libani sunt quidam amici nostri, potentia Sæculi grandes, atque facultatibus dilatati: itâ ut ex eleemosynis eorum sustententur parvuli no-

stri; quemadmodum in ramis lignorum Libani nidificant passerres. Pl. 103. 17. *illic passerres nidificabunt.* Sic qui spiritualibus abundant mints, carnalia spiritualibus communicant, ut jure spiritualium illorum participes fiant, S. Rupertus in Cant.

*Sine lumbi vestri præcingite.* Luc. 12. 35. Aliqui hoc de ministrantibus Christo, & pauperibus, per eleemosynam (de hac enim sermo proximè præcesserat) exponunt. q. d. præcingite lumbos, ut sitis expediti, & agiles, ad ministrandum Christo, & pauperibus. Cornelius hic.

Vasorum ex navi projectio, est eleemosynarum largitio, & temporalium abjectio. S. Vincencius Ferr. D. 3. Epiph.

Medius

Medius inter areolas plenus arenâ puteolus.  
Lem. *Congregat, ut disperdat.*

Pura occurrent sequentibus paragraphis.

## §. II.

*Eleemosyna comparatur Sacrificio.*

**D**edit ei Sacerdos sanctificatum panem.  
1. Reg. 21. 6. Famelico David sacros panes obtulit Abimelech: opus id scivit Deo gratum. Beda de illo: melius arbitrans de famis periculo homines liberare, quam Deo offerre sacrificium, dicente propheta: *quia misericordiam voluit, & non sacrificium.* Osee 8. 6. Alvarez Illustr. 179.

*Anima, quæ benedicit, impinguabitur.*  
Prov. 11. 25. Benedicit, id est, benefacit. Mystice *τὸ benedicit* innuit, eleemosynarium esse Sacerdotem mysticum; qui egenis benedicat ore & magis manu. Sic Paulus docet 2. Cor. 9. 13. eleemosynam esse sacrificium, cujus vilissima opes erogata, altare pauperes, sacerdos eleemosynarius immolatio erogatio. Cornelius hic.

*Eò quod & ipse sit filius Abrahæ.* Luc. 19. 9. Cur Zachæus dicitur Abrahæ filius? Sancti Chrysof. hom. de Zachæo: Abraham Domino filium, Zachæus substantiam, obtulit; ille hæredem, hic hæreditatem, donavit. Ille immolandum filium, quod habuit pignus exhibuit, hic patrimonij substantiam Domino immolavit: unde certè Abrahæ filius nuncupatur, dum ordinem gloriæ paternæ exequitur. Sylveira hic q. 15. Quomodo filius Abrahæ? quem montem sacrificaturus conscendit? An ligna humeris portavit, ut Isaac; an gladium cervici experabat? quomodo Zachæus tam citò filius Abrahæ? S. Laurentius Novar. hom. de pœnit: Zachæus, pusillus corpore, factus est præclarus opere. Flagitiosus conceptus, felix subito de eleemosyna nascitur. Bæza t. 2. l. 6. cap. 8. §. 15.

Cogita, cui potum præbes, & perhorrescas: cogita, quia Sacerdos Christi tu fias, cum propriâ manu ei offeras, non carnem; sed aquæ frigidæ, calicem. S. Chrysof. hom. 46. in Matth. 13.

Sicut Abel obtulit sacrificium, & respexit Deus ad eum. Gen. 4. 4. & ad munera ejus; & illud fuit causa mortis ejus. Sic Laurentius magnum, & famosum, obtulit Deo Sacrificium, thesauros Ecclesiæ dando pauperibus. Et hæc fuit prima causa mortis ejus. S. Rupertus l. 6. c. 20. de oper. Spir. S.

Altare tuum Christus est, quod in paupere, vel in aut mente, ubiq; invenies. *In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Malach. 1. 11. Sancti. Bonaventura s. 2. D. 5. Peccat.

## §. III.

*Eleemosyna varie prærogaturæ, & laudes.*

**R**ebecca dando servo Abrahæ, & animalibus, aquam, copulata est Isaac. Gen. 24. & Gen. 29. 11. Jacob adquando greges, meruit introduci in domum Laban, & copulari Racheli. Et Moyses Ex. 2. adquando oves Jethro sacerdotis, introduci meruit in domum ejus, & ejus copulari filia.

*Eleemosyna viri, quasi signaculum cum ipso.* Eccli. 17. 18. Rabanus, & Jansenius, sic explicant: sicut sigillò, vel signaculo, solemus obfirmare res charas, pretiosas; ita Deus obfirmat eleemosynas cujusque in mente sua. Magis genuinè: ipsa eleemosyna est quasi signaculum, id est, annulus signatorius homini est charissimus, quem semper in manu, & præ oculis, habet; sic est & eleemosyna coram Deo, scilicet ipsi in pretio, eique charissima. Addunt aliqui: eum, qui eleemosynam erogat, à Deo quasi sigillum accipere; ut scribar, quidquid volet, quidquid optabit; sigillòque Dei diploma imprimat, & obfirmet: quò ante Dei tribunal præsentatò haud dubie postulatum impetrabit, Cornelius hic.

*Ubiunque prædicatum fuerit hoc Evangelium &c.* Matth. 26. 13. S. Chrysof. hic: ecce, quod dixit, factum est, & ubique videbis hanc mulierem famosam; quod multis regibus, & Ducibus, non contigit.

Magdalena Luc. 7. 38. prius pedes Christi unxit, quam caput Matth. 26. 7. Sapius enim præfert Deus eam, quæ pauperi damus, quam quæ ipsi Deo. Pinna in Eccl. Ethol. 212.

*Vidit Angelum Dei.* Act. 10. 3. Cur ad illuminandum Cornelium inde, non mittitur aliquis Dicipulus, sed angelus? Ad illuminandum Eunuchum missus Philippus. Act. 8. 26. Resp. id factum ob bona opera, eleemosynas ejus, & orationes, quæ Deo offerantur per manum Angeli. Apoc. 8. 4. Tob. 12. 12. Sylveira hic q. 5.

Unde memoriæ perennitas? S. Anselmus: Ob obsequium; quod Christo pauperi piè exhibuit. Eicobar t. 2. persec. Chr. l. 10. S. 2. Obf. 4.

Hæc major est gratia, quam mortuos resuscitare: multò namque majus est, quam in nomine Jesu mortuos resuscitare, esurientem pascere Christum. S. Chrysof. hom. 33. ad pop. Antioch.

Sicut divitum liberi monilia circa collum aurea gestant, nec unquam ea deponunt; sed tanquam nobilitatis insigne circumferunt: sic & eleemosynam Charissimi, nos ipsos semper oportet induamus; ostendentes, quòd misericordis Patris sumus filij, qui facit hunc solem oriri super bonos, & malos. S. Chrysof. hom. 63. ad populum.

Virginitas sine eleemosynâ nè in vestibulum quidem thalami perducere potuit; eleemosyna verò sine virginitate alumnos suos eum magna laude in regnum, ante conditum orbem præponatum, manu ducit. Totò igitur animò, totisque

que viribus, oleum affundamus lampadibus; idque largiter, & indefinenter; ut hilare, ac largum, lumen permaneat. S. Chrysoft. tom. 6. l. de Verb. Apost.

Operum bonorum, ex radice dilectionis procedunt, primum, vel precipuum, eleemosyna est; sequens oratio, deinde jejunium. S. Rupertus l. 5. in Math.

Eleemosyna munus bonum est, omnibus facientibus eam coram summo bono. Hæc est, quæ perpetuos ignes extinguit; hæc est, quæ Christum pacificum esurientem in paupere: hæc est, quæ discernit agnos ab hædis: hæc angelis sociat: hæc ex servis filios Dei fieri præstat. S. Prosper p. 2. c. 7.

Radix omnium malorum, quid est? avaritia. Radix omnium bonorum, quid est? eleemosyna. Et, qui nunc vulneratus es per avaritiam; cura te per eleemosynam. Mortuus es per avaritiam, te vivum ostende per eleemosynam. Escobar t. 6. par. 1. 4. Obs. 3.

Quomodo verum illud: *non vidi iustum derelictum, nec semen ejus quarens panem.* Pl. 36. 25. cum multis servis Dei non sint addita illa, de quibus Dominus Luc. 12. 31. *hæc omnia adjiciuntur vobis.* Nundquid Paulus ait de iustis? Hebr. 11. 37. *circueverunt egenos &c.* Et de seipso 2. Cor. 11. 27. *&c. infame, & sitis; in jejuniis multis; in frigore, & nuditate.* An Paulus non querebat regnum Dei? quis ardentius quæsit? Resp. majus donum Dei est, sorte sua contentum vivere, quam omnia in abundantia habere. Stella in Luc. 12.

## §. IV.

## Eleemosyna datur Christo.

**D**Amihî paucillum aquæ in vase. 3. Reg. 17. 10. Si Elias cæli claves gestabat, ut aquarum cælestium fontes refereret; cur aquam à muliere postulat? quia Christus sitiens prius in paupere vult resciri, quam cælestem impendat abundantiam. Escobar. t. 3. Colloq. Chr. l. 3. Obs. 8.

**Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem.** Pl. 40. 2. Quæ est intelligentiæ? ubi est professæ paupertatis! vis est intelligentiæ, si rimetur viscera, si deprehendat occulta, si recta nudet. Verum subjecta oculis, exposta in publico, ingesta rebus, non est intelligere, sed videre. Nuditate algidus, tabidus fame, siti aridus, lassitudine tremens, defectu luridus, quod egenus sit intelligere quis labor? Se (Christus,) in paupere sic demonstrat, quod ipse, qui cælum regit, sit nudus in paupere. S. Chrysologus l. 14.

**Delectaverunt te filia regum in honore tuo.** Juxta Aug. adorabant eum filia Tyri cum muneribus. Pl. 44. 9. Venite cum muneribus, date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Venit cum muneribus ad eum, qui dicit: misericordiam volo magis quam sacrificium. S. Aug. hic.

**Et oleum de capite tuo non deficiat.** Eccl. 9. 8. Nostrium caput Christus nuncupatur in Scripturis sanctis; qui sibi ipsi collatas accepturus est, quasunque pauperibus eleemosynas confereamus. Nè itaque desistamus Caput hoc nostrum

Polyan. Sac. Tom. I.

perungere oleo misericordiae: hoc est, Christi pauperes misericordiae affectu protegere. Olympiodorus hic.

**Alij autem cadebant ramos de arboribus.** Matth. 21. 8. Arborea sunt divitiæ, redditus, possessiones; à quibus scinduntur rami, flores, folia; & ponuntur Christo in viam; quando amore sui facitis eleemosynas pauperibus. S. Vincentius Ferr. l. 2. D. Palm.

**Esurivi, & dedisti mihi manducare.** &c. Matth. 25. 34. S. Chrysoft. hic: dixisse sufficeret, *dedisti mihi manducare, dedisti mihi bibere*; sed præmisit: *esurivi, & siti vi.* Quia parvus fuisset amor pauperis, quod pauperem suscepisset; nisi & passiones pauperis suscepisset. Verus amor est, fecisse suas angustias angustias. Salvianus l. 4. ad Eccles. ego plus addo aliquid; Christum non solum egere cum cæteris, sed plus multo egere, quam cæteros. In omni enim pauperum numero non est universorum una paupertas. Christus tantummodo totus est, cui nihil est, quod in omni humano genere non desit. Omnis enim egestuosus pro se tantum, & in se, eget; solus tantummodo Christus est, qui in omni pauperum universitate mendicat. Escobar t. 3. Colloq. Chr. l. 11. Obs. 3.

**Emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum.** Marci 16. 1. Providè ob hoc Dominus Jesus paratam sibi confectionem expendi noluit in suo corpore mortuo, ut servaret vivo: cum anticipans horam, & accelerans gloriam, mulierum devotionem non elisit, sed instruxit; non recusans obsequium, sed reservans proficuum. In isto ergo pepercit magister pietatis unguentis optimis, quæ membris suis indigentibus cuperet exhiberi. S. Bernardus l. 12. in Cant. Christus resurgens afflicto, oppresso, & constricto, non dimittit? pauperes amplectimini vestram nutricem. S. Greg. Niss. or. 3. de Resurr. Resurrectionis celebrantes triumphum, fidem in conversatione decoremus, misericordiam in pauperes faciamus, imitemur Deum. S. Hilarius hom. 6. de pass.

**Pedes ejus unguentò ungebatur.** Luc. 7. 38. Sunt pedes Domini minimi fratres, per quos vadit Christus ad uniuscujusque januam, quærens, quæ utilia sint; quos unge eleemosynæ unguentò. Theophylactus hic. Pedes Christi pauperes, Lacrymis coepit rigare, & capillis, id est, temporalibus tergebat. Hugo Card. in Pl. 137. Sunt pedes, id est, pauperes, rigandi lacrymis compassionis, ungenti suavitate consolationis, tergendis capillis, id est, fovendi eleemosynis, & operibus pietatis: per capillos enim designantur temporalia. Hugo Card. in Joan.

**Stans retro secus pedes ejus.** Luc. 7. 38. Per pedes, qui sunt infima pars corporis, significatur pauperes; qui sunt infimi in mystico corpore Christi, quod est Ecclesia. Bonum est rigare hos pedes: quia pauperes sunt terra fertilis; quæ si bene rigata fuerit, & seminata, fructum reddit multiplicem. Et hæc etiam eleemosynarum largitio significatur per terisionem capillorum, qui corpori superfluent. Sed quidam non tergunt capillis suis pedes Domini; sed

T 11

sed

fed illis potius suspenduntur, sicut Abfolon 2. Reg. 14. 26. cui capilli semel tondebantur in anno, & vendebantur ad pondus publicum. Ad pondus publicum semel in anno capillos suos vendunt, qui frumentum, vinum, & alia bona sua, servat, ut carius vendant; nec pauperibus erogant, sicut usurarij. Tales protuldubio capillis proprijs suspenduntur ad patibulum infernale. Hugo Card. in Luc. hic. Elisabetha Landgravij Ludovici Hassie conjux ad exprobrantes sibi liberalitatem in pauperes: quid ago? nisi quod per elemosynas Christo pedes lavem. Oforius D. 6. Epiph.

*In domo tua oportet me manere*, Luc. 19. 5. Christus apud Zachæum hospitatur. apud Phariseum conviviõ exceptus fuit. Luc. 7. 36. Laurentius Novarinus hom. 1. Apud Zachæum mansit, apud Phariseum manducavit. Cur apud Phariseum tantum manducavit, & apud Zachæum conviviõ exceptus, imò hospitatus? *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus*. Hæ gratissimæ epulæ Christi erant. de Castillo Illat. 172.

*Da mihi bibere*. Jo. 4. 8. q. d. tu sitis divitias, & ego elemosynas, aliaque bona opera. Hugo Card. hic.

Petit, ut det. Sitis Dominus petit modicâ undâ donari, ut donet flumine cœlestis impetûs. Commendatur hic elemosyna. Escobar t. 3. Colloq. Chr. l. 3. Obf. 8.

Mentitur amare se Christum, qui eum in egeno non diligit: qui dilectionem, quam promittit verbis, negat operibus. Sancti Gaudentius tr. 13.

Manus pauperis est gazophylacium Christi: quia quidquid pauper accipit, acceptat Christus. S. Chrysof. s. de divite, & Lazaro. Thesaurus cœli est manus pauperis. Id. ib.

#### Exempla.

Ivo Sacerdos, & pauperum ad tribunal advocatus, non prandisse, non cenasse, se credit; nisi mensæ suæ pauperem, aut peregrinum quempiam, adhibuisset. Quâdam die extremæ penuriæ mendicabulum stipem petiit. In ædes admisit Ivo, & ad mensam juxta se assidere iussit. Confedit mendicus, sed parçè comedit. Mox mensâ confurgens, & amabili candore radians dixit: Dominus tecum. & oculis se subduxit. Drexelius in Gazophylacio c. 4. § 2.

Jordanus, postea Ordinis Prædic. Generalis, cum pauperi obvio, quod daret, non haberet; baltheum dedit; quò ipse baltheo Crucifixi Jesu simulacrum in templo paulò post vidit. Nadasi anni Crucifixi. Cantipratanus memorat 2. mir. sui ævi c. 21. leprosum à pia matrona in mariti absentis lectulo, ut suavius quiesceret, collocatum. Rediit festus ab itinere conjunx: & quia ad alium à solito lectulum avocabatur ad quietem; in suspicionem venit, lecti conjugalium parum castè ab alio forsân occupati. Quare non nisi in suo lecto quiescere velle dixit. Illuc ergo abeunt; & hybernò licet tempore, fragrantissimum constratum rosis lectulum reperiunt. Suspicionem in admirationem conversâ, pia uxor marravit læta, qua-

lem illic hospitem habuisset. E roseis illis vestigijs, Christum in leproso acceptum hospitio, & lecto, fuisse, compertum est. Quoties nimirum Christum foves in paupere, toties rosas lectulum tuum sternis in quietem beatam. Nadasi Ros. cœl. ros. 22.

Quidam pauperi amore Christi vestem dedit; & postea intelligens illum malum esse, doluit. Cui Christus apparens ait: non doleas, quia non ei, sed mihi vestem dedisti. Summa Prædic.

S. Julianus Episcopus quotidie pauperes alebat; mensam ipse sternebat, & cibos inferebat. Conspicatus in turba egenorum quendam laceris vestibus, sed vultu valde liberali; ratus nobili locò natum, opibus adversâ aliquâ fortunâ exutum, seorsum illum evocat; & quis sit? iterum iterumque, sciscitatur. Cum ecce totò illius mendicivultu emicare ingens splendor cœpit, ipseque ita antislitem appellavit: Amice mi Juliane, gratias tibi ago; qui tantò studio, & charitate, pauperes meos sustentas: precium tibi hujus charitatis vitam æternam promitto. & videri desijt. Boll. 28. Jan.

S. Catharina Senensis Christo formam mendici induto argenteam crucem donat. Nocte sequenti apparet oranti habens crucem illam in manibus, ornatam multis lapidibus pretiosis, & dixit: agnoscis crucem istam filia? & illa: optime agnosco; sed non fuit apud me ita pulchra. Et Dominus: tu mihi hanc hesternâ die dedisti cum charitate; quæ designatur per hos lapides; & ergo promitto tibi, quòd in die Judicii coram universo Angelorum, & hominum, conventu, tibi eam talem, ut vides, ad colmen gaudij tui, ostendam: nec occultabo opus misericordiæ per te mihi impensæ in die, quâ Patri misericordiam, & judicium decantabo. Bolland. 30. April. ex vita.

#### §. V.

*Elemosyna nihil perdit: tua sunt, quæ largiris.*

**V**eruntamen mihi primum sac de ipsa farina submercium panem tibi aurem, & filio tuo facies post a. 3. Reg. 17. 13. Nonne illi sufficiebat secunda buccella? cur primam petit? charitas incipit a seipsâ, præsertim in tali necessitate. Sciebat efficaciam elemosynæ: quòd mulier panem ei datura, non suffura defectum cum filio. Sylveira in Joan 6. Dura videtur hæc petitio. Si parum farina est; quomodo prius Eliæ provideat, quàm sibi, filio? Hoc est privilegium liberalitatis, ut res distributæ non pereant, sed augeri incipiant. Ubi vidua dedit, plus accepit, quàm Eliæ dederat. Alvarez Gen. 40. Illustr. 143.

*Non vidi justum derelictum.* Ps. 36. 25. Quomodo enim poterit indigere, qui totâ die miseretur, & commodat? S. Ambrosius hic. q. d. perditè quidem de voluptuosè vivendo etiam ingentes opes exhauriuntur; at verò, liberaliter, & misericorditer, donando; & parva augentur. Novit hoc negotium Sancti. Paula, de qua

qua S. Hieronymus, in cujus epitaphio ad Euthochium: pauperes tota urbe curiosissime perquirere damnum putabat, si quisquam debilis, & ceteris, cibo sustentaretur alterius. Spoliat filios, & inter oburgantes propinquos majorem se eis hereditatem, Christi misericordiam, dimittere, loquebatur. Idem experta est vidua Sarephana; quæ, quidquid habebat farina, & olei, præbens Eliæ, nihil amisit, sed plura recepit. Mendoza ut 1. Reg. 9. Annot. 5. sect. 3.

*Quidam pauperi, non indigebit.* Prov. 28. 27.

*Da, & accipe.* Eccl. 14. 16. Optimè hæc duo connectuntur: cum enim quis temporales, seu spirituales, eleemosynas largitur; accipit statim fructum spirituales. Basilius Imp. Leonem filium ita docet: largire misericordiam stipem egentibus; ut ipse tibi misericordiam alicias à Rege universorum Deo: nam in eo præcipue veritatur pietas, si tua non habentibus benigne impertiaris. Eum ergo diem perisse tibi existimato, in quo nemini benefeceris pro beneficiis, quæ à Deo illa die acceperis. Octavianus in Ecclesiasticum, hic.

*Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam.* Luc. 12. 33. Mox addit: *facite vobis sacculos.* S. Chrysologus 22. homo! tali monitu Christus te voluit ditare, non nudare. Sylveira in Joan. c. 6.

*Accepti ergo JESUS panes.* Jo. 6. 11. Cur Christus D. hos panes, & pisces, non creavit, sed acceptos multiplicavit? Docet: ex nostris rebus, licet exigua videantur, pauperibus subvenire; de quibus nihil perdemus. Sylveira in Jo. 6.

Terrena omnia servando amittimus; sed bene largiendo servamus. S. Gregorius hom. 4. in Matth.

Non timeatur inter opera misericordiae terrenarum diminutio facultatum: semper dives est Christiana paupertas: quia plus est, quod habet, quam quod non habet. S. Leo f. 4. de Quadragesima.

#### Exempla.

S. Lydvina Hollanda, cum esset pauper, studiosè tamen egenis succurrebat. Paucos habens in bursa nummos, dum eos liberaliter erogaret, assidue alij coelitus surrogabantur? ita ut nunquam deficerent, sed crescerent jugiter: ideoque hæc ejus bursa, bursa JESU dicta est. Surius in vita.

Alphonfus Aragonum rex, cum quidam familiaris quæreret, quid servaret sibi, qui tam multa multis donaret? ea ipsa respondit, quæ dono. Drexelius Eleemosyna c. 3. Inter selecta epitaphia illud: habeo, quod dedi; perdidit, quod servavi. Id. ib.

De S. Macsima Sacerdote in Syria refert Bollandus 23. Jan. hospitium, & pauperum, curam ita gerebat, ut pateceret portas omnibus, qui aderant. Dicitur habuisse duo dolia; unum frumenti, alterum olei: ex his semper suppeditabat omnibus egentibus: habebat autem ea semper plena benedictione Sarephana.

*Polyanth. Sacr. Tom. I.*

S. Rodanus Abbas in Hibernia, in itinere leprosis petentibus eleemosynam, equos currus dedit illis: statimque duo cervi è sylva adsunt, & currum subeunt. Bollandus 15. April.

#### §. VI.

#### Eleemosyna est lucrosa, & sceneratur.

**F**oceneratur Domino, qui miseretur pauperis. Prov. 19. 17. Overbum prudentissimum! cur non dixit: qui miseretur pauperis, dat Deo, sed sceneratur? Novit Scriptura avaritiam nostram; intellexit appetitum nostrum insatiabilem, qui sibi majora ad habendum proponit; redundantiam ac plus semper quærens: ob eamque causam non dixit omnino, qui miseretur pauperis, dat Deo; ut nè simplicem largitionem, & vicissitudinem mercedis existimet; sed, qui miseretur pauperis, Deo sceneratur: ut avarus, & luci cupidus, auditò usuræ nomine, seipse misericordiae dederet. S. Chryost. in Ps. 38.

*Non sceneravi, nec veneravi mihi quisquam.* Jerem. 15. 10. Sensus est ex persona Christi: nullus se præbuit, qui dignè mea æra susciperet; non sceneravit mihi quisquam in sanctis, atque pauperibus conferendis, me sibi faciens debitorem. S. Hieronymus hic. Ingentes reditus conferet pecunia largita pauperibus; nam si hominibus in scenus dederis eam, centesima tibi reddent; si verò Dei pauperibus sceneretur, centuplum restituet, & æternam conferet vitam. S. Chrysostomus serm. de jejun. & lectione Genesis.

*Qui parvè seminat, parvè & metet. &c.* 2. Cor. 9. 6. & qui seminat in benedictionibus, id est, beneficentis multis, de benedictionibus, id est, beneficentias multas, metet. Cornelius in Matth. 14.

#### Exemplum.

Erat in civitate Nisibe mulier habens virum gentilem. Erant autem pauperes; habebant tantum quinquaginta numismata. Die autem quâdam ait vir uxori suæ: demus hæc numismata sceneratori, ut aliquid lucremur. Respondens uxor: veni, demus ea sub scenore Deo Christianorum. Dicit vir: ubi est Deus Christianorum? illa duxit eum in sanctam Ecclesiam, ibique ostendit ei pauperes, dicens: isti si præbueris, Deus Christianorum ipsa accipit; illi enim omnes sui sunt: qui mox cum gaudio numismata erogavit. Cum verò post menses tres penuriam paterentur, ait vir: nihil, ut video, daturus est nobis Deus Christianorum. Respondit mulier: certè dabit; tantum i, ubi illa dedisti. Currens vir in Ecclesiam, neminem vidit, nisi solos pauperes. Cum ergo cogitaret cui diceret aliquid, vidit jacere numisma, illudque conjugi tulit, atque dixit: ecce ivi in Ecclesiam, & Deum Christianorum non vidi; nec quicquam accepti ab illo nisi quod numisma ibi positum vidi, ubi prius erogaveram. Cui illa: vade domine mi, eme nobis aliquid, ut comedamus hodie. Abiit ille, & emit panem, & vinum, & pis-

Ttt 2

pis-

piscem; & veniens domum dedit uxori; quæ exenterans piscem, invenit in visceribus ejus lapidem: quem vir videns, & admirans, tulit ad trapezitam; qui dixit: quid vis, ut tibi pro eo solvam? ait autem ille: da, quidquid vis. Ad quem ipse: accipe, inquit, quinque numismata. Putans venditor, quia illuderet sibi: & tantum vis pro illo persolvere? Putans trapezita, quod ita per ironiam loqueretur, ait accipe decem; & sic ascendens emptor ad trecenta pervenit; cum iis domum rediit, ostendit uxori, & factus Christianus. Aloysius Lippomanus c. 185.

## §. VII.

*Elemosyna plura accipit.*

**E**lemosyna est similis terræ, quam seminavit Isaac; quæ reddidit fructum centesimum. Gen. 26. 12. *Date elemosynam: facite vobis sacculos.* Luc. 12. 33. Videtur in his verbis contradictio. Mandat Dominus omnia vendi, distribui; & simul præcipit sacculos fieri. Nota, quod dicit: *date elemosynam.* Inde parentur sacculi: quia, quæ pauperibus dantur, cum scenore recipiuntur. Sylveira, in Matth. 25. q. 8.

*Accipit ergo Jesus panes.* Jo. 6. 11. Ubi in manus accipit Dominus panes, illosque egentibus dividit, augmento pro suo incipiunt panes redundare: nam erogatio in pauperes facit penam bonorum abundantiam. Bæza t. 2. l. 11. c. 2. §. 26. Fecundissima sunt Christi manus: paucos panes accipiunt, pauciores pisces; & instat fertilissimi agni, non solum centuplum, sed plus quam millecuplum fructum afferunt. Barradius D. 4. Quadrag.

*Distribuit ascumbentibus, quantum volebant.* ib. Bona enim crescunt, dum egenis impenduntur. Prov. 11. 24. *dividunt propria, & ditiores fiunt.* Apostoli quinque solum panes habebant; sed, cum turbis apponunt ditiores fiunt; & panibus multiplicatis, & duodecim fragmentorum copinis superantibus. Escobart. 1. mir. Chr. sect. 2. Obl. 3.

*Exempla.*

*Leva oculos tuos.* Gen. 13. 14. Vidisti, quomodo Deus certet beneficiis? vidisti dignam divinam bonitate munificentiam? vidisti, quantis cessit, & quanta est assecutus? Hic erudiamur, ut magnam in dandis elemosynis largitate utamur; quod, datis parvis, adipiscamur magna. S. Chrysof. hom. 34. in Gen.

Vidua Sunamitis mortuum sibi filium collocavit super lectulum hominis Dei. 4. Reg. 4. 21. Ubi eum Elizeus ad vitam revocavit. Cur non in lectulo pueri eum collocavit? credo, quia ille lectulus Elizeo ex elemosyna datus fuerat; & ideo mirabilem vim resuscitandi mortuos quasi habebat. Mendoza in 1. Reg. 10.

*Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.* Luc. 19. 8. Prius dicendum videtur, reddo Creditoribus, deinde do pauperibus: quia prius, & gravius, urget obligatio, quam largitas ex pietate. Cur opus consilij anteposit præcepto? S. Chrysof. hom. de Zachæo: conferunt dona,

quod fraudes ademerant: dona enim pauperum sunt lucra animarum. Prius dat dimidium pauperibus, ut largior fieret restitutio. Pio scenore sperabat, ex elemosynis divitias multum crescere: ut ergo valeat, non simpliciter, sed quadruplum, restituere, prius dimidium bonorum suorum statuit in pauperes expendere; ut inde opes multiplicentur in quadruplum Creditoribus restituendæ. Sylveira hic q. 13.

Anno 1631. quod hæc scripsi, magnus Hertrix Dux Ferdinandus, cum pestilentia grassaretur Florentiæ, toto contagij tempore triginta quatuor millia egentiorum hominum, & inclusorum, aluit. In diem singuli octo carnis uncias, duas panis libras, oleum, salem, ligna, legumina, aliæque hujusmodi, acceperunt; ita ut egentioribus in victu nihil defuerit. Expendisse dicitur septingenta millia Coronatorum tempore contagionis. Dux ipse, sine ullo comitatu, quotidie ad pauperes revisit humaniter allocutus, & solatus est. Non distulit Deus præmium: Idibus Februarij in palatio, dum aliud quæreretur, reperta est cista ferrea, ligno vili operata, sed metallo nobiliore plena. In capsulis primis inventæ sunt scutellæ argenteæ cum effigie Cosmæ Ducis primi. Cistam altius nostrum non est scrutari. Itæ Cæsar Troilus Florent. Colleg. Rector literis testatus est. apud Drexelium de elemos. p. 1. §. 4.

*Sententia Patrum.*

Cibus egeni, regni cœlestis est pretium: & largitor temporalium hæres efficitur æternorum. S. Leo f. 4. de Collectis.

Planta in pauperum manibus, quæcunque volueris: nihil hac terrâ pinguis. S. Chrysof. hom. 22. in Acta.

Qui pecunias servat, non est earum dominus. Quod si, ut augeantur, servas; ea profectò optima ratio augendi, in omnes distribuatur. Neque enim sine sumtu lucrum, neque divitiæ sine largâ effusione, proveniunt. Cujus rei argumentum in secularibus rebus videre licet: siquidem mercator, & agricola; ille pecunias, hic semina, profundit. Mercator navigando pecunias in multos impendit, ut deinde lucretur; agricola, semina in terram jaciens, aliduo dies labore exercetur, ut plus inde accipiat. S. Chrysof. hom. 18. in Joan. 1.

Noli pecuniarum respicere sumptum, sed magis eum, qui ex illo sumptu est, proventum. Si enim, qui seminat, gaudet, tamen in incertum seminet; multo magis qui cœlum, quasi agrum colit. Idem ferm. 21. in ep. ad Roman. c. 12.

Ars omnium artium quæstuosissima, elemosyna. Id hom. 33. ad pop. Antioch.

Felix est illud horreum, & omnium fructuum multiplicatione dignissimum; de quo egentium, & debilium, satiat esuries; de quo relevatur peregrini necessitas; de quo desiderium fovetur infirmi. S. Leo f. 5. de jejuniis.

Si quis crederet, aliquam esse terram, vel regnum, ubi calix aquæ frigida valeret sibi mille mar-

marchas; libenter portaret illuc. Sed certò in regno cœlorum quantitas mercedis multò plus excedit parvitatem meriti nostri. S. Bonaventura f. 3. D. Septuag.

Quid est temporalia aggregare, nisi lutum cumulare. Sicut enim in luto, quantò cumulus major est, tantò periculosior; sic divitiæ congregatæ gravant; sed dispersæ juvant. Sicut lutum, si congregetur, fœtorem generat; sed si dispergatur super terram, eam fecundat, &c. Idem f. 23. Dom. infra Octav. Nat.

Eleemosyna sicut semen: semen debet abscondi, eleemosyna occultè dari, Eccli. 29. 15. *conclude eleemosynam in corde pauperis.* Semen videtur perdi, cum potius renovetur; sic eleemosyna videtur amitti, cum datur; quæ tamen tunc optimè fervatur. Semen cum fœnore surgit; ita &c. Semen sustinet molestias multas, gelu, &c. Sic misericors sustinet omnes necessitates pauperum. Id. diat. sal. c. 16. de Eleemof.

## §. VIII.

*Eleemosyna necessaria, utilis, ad consequendum cœlum.*

*Ex Veteri, & Novo.*

**M**itte panem tuum super transeuntes aquas &c. Ecclæ 11. 1. Aliqui appositè cenent, esse metaphoram à mercatoribus, frumenta, & panes, transmittentibus in exterarum regiones, lucri causâ. q. d. Sicut mercator panes, & grana, per naves transvehit in alias oras, ut ea ibi carò vendat; itaque ingens lucrum deum reportet: Sic & tu mitte panes, & opes tuas, in pauperes. Sis Prov. 31. 14. *navis in fœtoris de longè portans panem.* Pauperes sint naves, per quos eleemosynas in cœlum præmittas. Hæ naves nunquam patiuntur naufragium. Cornelius hic. Lazarus sibi compatiemem haberet dives, si deciduas micæ præbuisset. Naxera in Jos. 15. §. 44.

*Da partem septem, nec non & octo.* Ecclæ 11. 2. S. Gregorius l. 35. mor. c. 7. analogicè sic explicat: per septenarium numerum, hoc, quod septem diebus agitur, tempus præsens expressit; per octonarium verò vitam æternam designavit. Acti apertè diceret; sic dispensa temporalia, ut appetere non obliviscaris æterna. Hinc est, quod quindecim gradibus templum ascenditur. Ezechiel. 40. 26. 31. ut ex ipsa ejus ascensione discatur, quatenus per septem, & octo, & temporalis sollicitè dispensetur actio, & provide mansio æterna requiratur. Apud Cornelium hic.

*Redde debitum tuum.* Eccli. 4. 8. Eleemosyna vectigal nostrum est, ut transeuntibus demus, veluti nos transeuntes sedentibus in via. S. Hieron. hic. Ergo hac lege divitiæ divitibus dantur; & hac lege eas in cœlum inferre conceditur; ut scilicet vectigal pauperibus tribuant: quod si non faciunt, omnes facultates perdent. Pinna hic Ethol. 49.

*Ante faciem tuam justitia tua.* Il. 58. 8. Hugo Card. id est, eleemosynæ tuæ, & opera tua bona. Eleemosyna enim est velut præcurfor

hominis in curiam cœlestis regis, ut præparet locum facienti.

*Venite benedicti Patris mei, possidete.* Matth. 25. 34. Quid percipite? Regnum. Pro qua re? *serivi, & distis mihi manducare.* Quid tam vile? quid tam terrenum? quàm frangere panem esurienti.

Tanti valet regnum cœlorum! Frange esurienti panem tuum, & egenum sinè te cœdò induc in Domum tuam. Si videris nudum, vesti. Si non habes facultatem frangendi panem &c. da calicem aquæ frigidæ; mitte duo minuta in gazophilacium. Tantum emit vidua duobus minutis, quantum emit Petrus relinquens retia; quantum emit Zachæus dando dimidium patrimonium. Regnum Dei tantum valet, quantum habueris. S. August. in Pl. 49.

*Facite vobis amicos &c.* Luc. 16. 9. Qui urbem munitam vi expugnare non valent, murorum custodes donis, magnâque pecuniæ copiâ, corrumpunt; ut noctu aliquam urbis januam patefaciant. Unde appositè illò verbò usus est, *cum defeceritis.* q. d. cum aliter obtinere hanc urbem non poteritis, ad eleemosynæ artes, piosque dolos, confugite: pauperes enim manum vobis porrigent, & cœlum patefacient. Incert. Auth.

*Ecce dimidium bonorum meorum &c.* Luc. 19. 8. q. d. qui hucusque hujus vitæ temporalis tantum curam habui, omnia bona in præsentem vitam asserabam, immemor futuræ; nunc autem duplicem vitam agnovi; præsentem unam, alteram futuram. Unde partitâ re familiarî, dimidium bonorum meorum in usum præsentem assero; dimidium verò in vitam futuram per manus pauperum transmitto, S. Chrysologus f. 54. Sicut iste ibi credit vivere, quia illuc transmittit sua; ita ille se ibi non credit esse victurum; quòd sibi illic, quòd habere debeat, nihil paravit. Pinna in Ecclum. Ethol. 212.

*Ex Patribus, & Aliis.*

Ante fores gehennæ stat misericordia, & neminem permittit in carcerem mitti. S. August. l. 50. hom. 30. In mercatibus nemo angitur sua pro mercibus dare: quantoque fuerint pretiosiores, tantò magis gaudet, ut quam accipit præcellentiore. At tu & aurum, & possessiones, distribuere; præterea lapidem, ac terram, pro æterna dare felicitate, gravaris. S. Basilus l. 2. in divites avaros.

Si alacri animò das aurum, ut equos possideas; cur id regnò Dei potius commutare suavis doles? simulque tantum abavis donum mille sumptuum occasiones commemorando? Quid miser Judici respondes? parietes vestis, hominem non vestis? equis phaleris ornas; fratrem tuum laceris amictum pannis aspernaris? canes ad venandum pascis; esurientes non respicis? aurum in terram condis; egentes super terram non curas. S. Basilus ib.

Cibus egeni, Regni cœlestis est pretium; & largitor temporalium, hæres efficitur æternorum. S. Leo f. 4. de collect. eleemof.

Theſaurum ſuum condit in cœlo, qui Chriſtum paſcit in paupere. Benignitate in itaque in hoc, & diſpenſationem divinæ pietatis, agnoſce. Idcirco enim te abundare voluit, ut per te alius non egeret. S. Leo ſ. 1. de Collect.

De terrenis cœleſtia prodeunt; de parvis magna gignuntur; & temporale donum in præmium tranſit æternum. S. Leo ſ. 2. de jejun. ſept. menſis.

Miſerantur pauperum, qui ſibi volunt parcere Chriſtum. Faciles ſunt in elementa miſerorum, qui cupiunt ad ſocietatem pervenire Fide- lium. -- Unde autem exigua iſta impendia tantâ æſtimari taxatione meruerunt? niſi quia pondera operum charitatis lance penſantur. Id. ſ. 4. de collect.

Eſt eleemoſyna nota cœli janitoribus; & contradicit nemo, ſed omnes cedunt. S. Chryſoſt. hom. 36. ad pop. Antioch. Expellitur Virginitas, ſi eleemoſynam non habet. Id. hom. 34. ib.

Nihil proſus ita nos eximere poteſt à gehenna ignis, atque largitas eleemoſynarum. Id. hom. 31. in Gen. c. 11.

Impoſſibile, impoſſibile eſt, eſſi innumera faciamus bona, ſine eleemoſynâ cœleſtis regni vel veſtibus quidem attingere. Id. hom. 22. in Joan.

Domum in cœlis manus pauperum ædificant. Id. in illud Pl. 88. *quoniam dixiſti, in æternum miſericordia ædificabitur in cœlis.*

Audite orantem prophetam, & dicentem: *Fovere, & reddite Domino DEO veſtro.* Pl. 75. 12. Reddite, quod accepit; accipite, quod non habetis. Quid eſt, quod dixi, reddite, quæ habetis? habes pietatem, fac pietatem. Habes nummum; compara cœlum: habes veſtimentum; indue nudum veſtimentò. Das hoſpiti- um; accipies manſionem in cœlo. Vide, ſi eſt comparatio. Das res corruptibiles, das temporales; accipis æternas; das te dimiſſuras res, accipis in æternum poſſidendas. Id. hom. 11. c. 6. in var. loc. S. Matth.

Tanta eſt eleemoſynæ virtus, ut audacter alumnos ſuos introducat: nota ſiquidem eſt iſtis cœli janitoribus, qui januas Sponſi obtinent. Nec ſolum nota, ſed & venerabilis. Et ſi quos cognoverit ſui ſtudioſos, cum magna illos fiducia introducet; contradicitque nemo, ſed cedent omnes. Id. in ep. ad Philipp. in argu- mento epiſtolæ.

Mercatura, negotiatioque, cœlum eſt; atque iſti pigritamus. Da panem, & accipe paradifum: parva da, & magna ſuſcipe: da mortalia, & immortalia recipe. Id. hom. 9. de Poenit.

Præmittamus, fratres, theſauros noſtros in cœlum; ſint vectores pauperes, qui poſſunt ſinu ſuo, quæ noſtra ſunt, ad ſuperna portare. Chryſologus ſ. 7.

Da homo pauperi terram, ut accipias cœlum; da nummum, ut accipias regnum; da micam, ut accipias totum. Id. ſ. 8.

Amore pauperis DEUM ſuum regnum vendit: & ut emere illud omnis homo poſſit, frag-

mentum panis ponit in pretium. -- Deus regnum ſuum fragmentò panis vendit; quis exulare poterit non ementem? quem tanta vilitas conditionis excuſat? Id. ſ. 41.

Manducat DEUS in cœlo panem, quem perceperit pauper in terra. Si nobis in cœlo miſericordia ſit patrona, nihil nobis nocebit in terra. Id. ſ. 42.

Si magnas eleemoſynas facitis, magnam domum habebitis. Sin autem; remittet vos ad hoſpitale miſerorum, ſcilicet ad Infernum. S. Vincentius Ferrer. ſerm. de S. Thoma Apoſtolo.

## §. IX.

*Exemplum Eleemoſynariorum.*

**C**um facis convivium &c. Luc. 14. 13. S. Ludovicus Rex Franciæ quotidie 120. pauperes; qui eum ubique ſequebantur; in feſtis verò 200. ad menſam adhibebat, eiſque ſæpe miniſtrabat, & pedes abluebat. S. Eliſabetha filia Andree Regis Hungariæ quotidie 900. pauperes menſæ adhibebat. Cornelius hic.

*Unusquisque veſtrum per unam Sabbathi apud ſe ſeponas.* 1. Cor. 16. 2. Id eſt, in primo die hebdomadæ, ſcilicet Dominicæ. Nota: unam, id eſt, primam: Hebraiſmò enim ponitur, numerus cardinalis pro ordinali. Secundò: Sabbathum hic idem eſt, quod hebdomada. Dominicâ itaque conveniebant Fideles in Eccleſiâ, & faciebant ſuas oblationes. Collectæ autem hic vocantur eleemoſynæ. Cornelius hic.

S. Oſwaldus Rex, datis multis eleemoſynis cuidam, dum pranderet, petenti eleemoſynam unâ cum cibo ſcutellam dedit argenteam. S. Aydanus Ep. juxta eum ſedens, Regiſque manum tenens, dixit: nunquam putreſcat manus iſta, Quam etiam adhuc integram dicunt in ſignum eleemoſynarum ſervari. V. Beda de geſtis Anglor. c. 9.

Alexander V. ex ordine S. Franciſci, euectus ad Pontificatum, adeò liberalis in pauperes fuit, ut diceret: ſe divitem Episcopum fuiſſe, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem. Cornelius in Ezech. c. 34.

Carolus V. Imp. etiamnum adoleſcentulus, ſubinde crumenam in pauperes unò die deplevit ſepties. Dabantur autem ei unâ vice 40. floreni. Quin imò etiam quandoque ſlevit Carolus, quòd non poſſet dare omnibus alienâ ope egentibus. Laurentius Surius A. D. 1558.

In fame Burgundiæ Ecdicius Senator ad quatuor millia pauperum affiduè aluit. Unde ad eum vox de cœlo lapſa: Ecdici, qui feciſti rem hanc, tibi, & ſemini tuo panis non deerit in ſempiternum: eò quòd obedieris verbis meis, & famem meam refectione pauperum ſatiaveris. Ità Gregorius Turon. l. 2. hiſtor. Franc. cap. 24.

Leo Imp. cum adhuc privatus ageret, in itinere cæco cuidam ſtienti dux viæ fuit, & potum quaſivit: cumque diu non inveniret, B. Virgo voce cœlitus lapſâ aquam ei in luto monſtravit; promiſiſſique, quòd luto oculis cæci

ceci illud eum illuminaret: ac tandem imperium ei promisit. Baronius A. C. 457.

In Cœnobio quodam prisca consuetudo est, in triduo diebus triginta continuis vacuum defuncti locum eatenus honorare; ut quidquid cibi, potusque, appositum fuisset vivo, id omne apponatur mortuo; eaque omnia mensa illata in pauperum casas abeunt. Drexelius de eleemos. p. 2 §. 3.

A. C. 1585. Uxorem domum ducturus civis Brunensis, vir dives, & eruditus, nuptias feliciter auspiciatus est. Nam, cum pro more sacris epulis prius accubisset, triduo post trecentos pauperes benigne admodum mensam excepit, quibus ipse, & sponsa, infervierunt. Sodalis Parthenius l. 2. c. 12.

Ex urbe una Cambaja quinquaginta millia hominum abierunt ad fluvium Gangem; locumque se putat, qui in hoc flumine se laverit, Securus de salute se existimant, si impendente morte paucillam huius aquae biberint. Vir primarius, qui peregrinationem hanc obierat, ter in hoc flumine ponderavit matrem: semel argentò, secundo margaritis, tertio auro; & hoc omne in pauperes erogavit. Ex historia relat. de regno Mogor.

## §. X.

## Eleemosyna varia motiva.

## Memoria mortis.

Quomodo Joseph allicitur portionem cum inope dividere? Gen. 42. 13. *Alius non est super. Mox iussit ministris, ut impleverint eorum saccos triticò. v. 25. Escobar t. 3. Colloq. Chr. f. 2. Obs. 1.*

*Colligat unusquisque, &c. Ex. 16. 16. 19.* Cur prohibet lex cibum in crastinum servari? ut sibi persuadeant, alterum eis non suppetere diem: unde non reservent, quod non ederint, sed pauperi succurrant. S. Paschasius lib. 4. in Matth. gradienti per desertum populo precipitur, ut singuli non amplius ad victum quotidianum, quam gomor unum colligerent; sic vivant quotidie, quasi morituri. Id. ibid.

Petit Elias famens à vidua panem; at illa: *Vivit Dominus &c. ut comedamus, & moriamur. 3. Reg. 17. 12.* Audiens Elias feminam mortis memorem, opportunè sibi succurri petit: *Noli timere; sed vade, & fac &c. v. 13.*

*Est, qui locupletatur parca agendo; & haec est pars mercedis illius, in eo, quod dicit: inveni requiem mihi; & nunc manducabo de bonis meis solus: & nescit, quòd tempus prateriet, & mors appropinquet &c. Eccli. 11. 18. 19. 20.* Dupliciter hic dives errat: tum quia temporis brevitate, & propinquam vitæ finem, non attendit; tum quia dicit: *manducabo de bonis meis solus.* At dives, qui finem perpendit, non manducat solus, sed cum pauperibus. Job. 31. 17. *Si comedi buccellam meam solus.* Barradius t. 3. l. 4. c. 2. D. 8. Pent.

*Fili, si habes, benefac tecum Eccli. 14. 11. memor esto, quoniam mors non tardat, v. 12.* Optimum remedium, quod in

avaris notavit; optimum ad exequendum, quod precipit de eleemosyna, mortis meditatio. Octavianus hic.

*Cum defeceritis. Luc. 16. 9.* Sicut ex puppi, id est, sine navis, navis ipsa bene gubernatur; sic ex puppi, id est, sine villicationis consideratione, recte opes administrantur. V. Beda hic: qui sedulo finiendae villicationis, ac rationis reddendae, tempus praverint, facile terrenorum omnium delectationes, & dilectione, nudati; plus sibi de amicis conquirendis in futuro, quam divitiis in praesenti colligendis, prospicere incumbunt. Barradius D. 8. Pent.

## §. XI.

## Varia praemia eleemosynae, &amp; alia motiva.

## Ex Veteri.

**N**um verè paritura sum anus? Gen. 18. 10. *Et ecce eris tacens. Luc. 1. 20.* Cur Zacharias, & non Sara, ob petum signum, punitur? promittitur filius Zachariae, & Saræ; & tamen, dum Zacharias de se dicit, quòd sit fenex, castigatur, non itè Sara, dum ait: *num verè paritura sum anus?* Hæc antè occupata fuerat in peregrinis recipiendis, ac eorum cibis parandis. Et quæ in misericordiae operibus fuerat occupata, nihil mali poterat experiri: nam sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Eccli. 3. 33. Sylveira in Luc. 1. q. 27.

Voluit DEUS Levit. 1. 5. 6. ut animal sibi offerendum non esset integrum, sed in frustra scissum. In quo significavit: se nolle homines in suis voluntatibus integros; nec eos, qui intactas omnes suas divitias habere volunt, absque omni earum cum pauperibus divisione: sed pios, & contritos, qui in multas dividuntur partes, in hospitalia, carceres, & alia pietatis opera. Diez Conc. 2. D. 21. Pent.

*Mittant sibi mutuo partes epularum, & ciborum. Eth. 9. 19.* Quod fit, quando subvenitur pauperibus per eleemosynas. Hugo Card. in Joan. 12.

*Qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum. Pl. 146. 9.* Singulariter pullis corvorum DEUS escam ministrat. Drogo Ost. de Sacr. Pass. putat DEUM solvere corvorum filii, quod Elia aliquando patres praestiterant. Apud Naxeram in Jol. 13. §. 39.

*Cognovi, quòd non essent melius, nisi latari, & facere bene in vita sua. Eccl. 3. 12.* Vatablus: cognovi, quòd nulla sit hominibus felicitas in eis; nisi ut gaudeant, & beneficiis afficiant proximos. Aptè necit hæc duo, scilicet latari, & benefacere: ut indicet, non esse veram lætitiã, nisi in benefaciendo; adeoque causam veræ lætitiæ esse, bene semper agere. Cornelius hic.

*In risum (ita legendum cum Hebr. & Roman. non in risu, ut alii legunt) fatiunt panem, & virum. Eccl. 10. 19.* Chaldaeus vertit: *Hilares panem fatiunt iusti, ad educandos pauperes, & fame confectos; vinum quoque*

quod, quod sistentibus miscent, illis delectationem futurò seculò afferet. Cornelius hic.

*Sicut in sereno glacies, solventur peccata tua.* Eccli. 3. 17. Glacies peccatum designat, serenitas eleemosynam, ut Jansenius explicat. Sicut enim serenitas, & solis ardor, nivem, & glaciem, dissolvit, sic eleemosyna gratiam DEI impetrans delet peccata. de Tuffo in Ecclesiasticum hic.

*Peccata tua eleemosynis redime.* Dan. 4. 24. Cur Daniel ad expianda scelera, non orationem, non jejunium, sed eleemosynam suavit? Rex Nabuchodonosor jam annis 37. voluptuosam vitam duxit; adeoque ægrè persuaderi potuisset operosior poenitentia jejuniorum, vel orationum. Quia verò grandes collegerat thesauros; non difficile potuit videri, aliquam inde partem decerpere in egenos. Drexelius in Daniele c. 11. §. 1.

Habacuc illæsus stetit inter leones, Dan. 14. 35. Nihil mirum: quia officia pietatis exercebat. Mendoza in 1. Reg. 9. sect. 3.

### Ex Novo.

Sicut dedit Christus Apostolis, Marci 6. 41. ut darent turbæ; sic donat divitibus, ut donent ipsi pauperibus. Barradius hic.

*Quid faciam?* Luc. 16. 3. Negatio harum duarum viarum vivendi, scilicet vel labore, vel mendicitate, significat consilium hominis de æterna vita non querenda labore jejuniorum, nec mendicitate orationum. Et verè, cum comminatio mortis adest, jejunare non valemus; & orare erubescimus, consilii malæ vitæ totius: nulla enim suppetit ratio, quod exaudiamur. *Scio, quid faciam.* Consilium optimum iniiit, deliberando tertiam viam, scilicet eleemosynarum. Cajetanus hic.

*Et Lazarum in sinu ejus.* Luc. 16. 23. Abrahamus pauperem in sinu collocat: ut ostendat, sibi esse æqualem circa eleemosynas. Pauperimus enim homo potest Abrahamum munificentissimum erga pauperes imitari. S. Chrysostomus hom. 14. in Jo. probat Filii cum Patre æqualitatem ex eo, quod dicatur Filius in sinu æterni Patris esse. *Qui est in sinu Patris* Joan. 1. 18. Sic Lazarus. Sed quomodo pauper potuit Abrahamæ liberalitatem imitari? Certè pauper tribuens micam, vel aquæ poculum, aut saltè affectum, potest cum munificentissimis comparari. *Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum* Matth. 5. 3. At verò, *Venite benedicti Patris mei, possidere regnum &c.* Matth. 25. 34. Quomodo regnum cælorum potest esse pauperum, si paratum iis, qui pauperes cibant, potant, operiunt? Parvam illam, quàm impendere possunt, portionem, DEUS accipit pro augustissima munificentia. Escobar t. 6. parab. Chr. Obs. 3. hic.

Dives in Inferno Luc. 16. 24. rogat Abraham, ut sibi mittat Lazarum. Alii multi iusti erant in sinu Abrahamæ; petiit tamen præ reliquis illum: quod sciret, licet seriùs, pauperes divitum esse refrigerium. Stella p. 1. cap. 51.

Mortuâ Tabithâ, seu Dorcâ, beneficiâ in pauperes, Act. 9. 39. adfuit S. Petrus; & circumsteterunt illum omnes viduae sanctas, & ostendentes ei tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Quid Petrus; fultus in preces, illam mox suscitavit. Mendoza in 1. Reg. 10. sect. 3.

*Scio abundare.* Philipp. 4. 12. Qui non solus possidet, quod accipit, sed cum indigentibus misericorditer dividit, ille scit abundare. S. Anselmus hic. *Erat Abraham dives in possessione auri, & argenti.* Gen. 13. 2. S. Chrysologus l. 121. Abraham opes non habere, sed prorogare, gestiebat; sciens, se non incubatorem, sed dispensatorem, divinæ positum esse largitatis.

### Ex Patribus, & aliis.

Minuitur census, sed augetur iustitia. Ladas mercatorem, qui vendit plumbum, & acquirit aurum; & non laudas mercatorem, qui erogat pecuniam, & acquirit iustitiam; illud minuitur, quod relicturus es; illud augetur, quod in æternum possessurus es. S. Augustinus in Ps. 111.

Qui iram iudicis districti, quam peccando meruit, placare desiderat, eleemosynas dei pauperibus. S. Hieronymus ep. ad Nepotianum.

Si faucis, & morbos corporales depellere cupientes, nullis facultatibus parcimus, etiam si indusium dividendum sit, ut ab infirmitate illa liberemur; multò magis animæ infirmitatem, & gravissima peccatorum vulnera curaturi per eleemosynam, cum summa alacritate eam exerceamus. S. Chrysost. tom. 6. serm. 1. de Verb. Apost.

Quæ sunt animæ indumenta? eleemosyna, & largitas in pauperes: hoc enim maximum animæ vestimentum est, hoc clarum illius indumentum. Id. hom. 21. in Gen.

Nihil sic continet, & accendit, ignem spiritus, ut hoc oleum largum, quod effunditur. Igitur quando videris pauperem Fidelem, aram te videre putes. Id. hom. 20. in ep. 2. ad Corinth. c. 9.

Poenitentia sine eleemosynâ mortua est; & sine plumis nequit volare poenitentia, pennas eleemosynæ non habens. Id. hom. 5. de poenit.

Quemadmodum oleum efficit, ut athleta elabatur è manibus adversariorum; ita etiam eleemosyna facit; ut, qui eâ utuntur, declinent, & effugiant dæmones. Id. in Ps. 40.

Sunt ratione præditæ hirundinis, quæ rationabile animarum ver annuntiant. Id. hom. de decem virgin. q. d. quoties pauper in domum tuam venit, dicas: DEUS me amat; gratiæ illius ver mihi advenit. Did. Niss. f. 5. D. 3. Quadr. §. 2.

Non videbit diem malum, qui dies bonos habere pauperem fecit. Videbit diem malum, qui diem iudicii sine advocazione paupertatis intraverit. Sine causâ accusant peccata, quem pauper excusat. S. Chrysologus f. 14.

Divitiæ opes dictæ sunt, quia usui sunt hominibus; & opem, atque auxilium, afferunt;

non

non autem quod detinenda sint. Theophylactus in c. 10. Marci.

A. C. 1500. Lusitana mulier Eboræ ad extremum perdita, quadraginta quinque annis in omni flagitiorum cœno volutata, sceleribus addidit pactam dæmoni servitutem. Adstiterat mendico morienti, eique se liberalem, ac sedulam, præstiterat. Paucis post diebus imaginem defuncti conspiceri visa est, & audire hæc verba: eleemosynas tuas in DEI conspectum tuli, ejusque clementiam exoravi, ut pro iis referatur gratia. Ipsi nunc permissu ad te venio, & hortor: age pœnitentiam, exomologesi culpam elue. Cum monita non reciperentur, eadem vox iterum, ac tertio, auribus illapsa; non modo spem veniæ, sed & viam ostendit. Drexelius de elemol. p. 3. c. 5. §. 6.

B. Joannes de DEO pecuniarum inopiã presus mercatorem adit sub prandium. Molestus illi, & uxori, mendicus petit triginta sibi aureos commodari. Cui mercator, quem mihi dabis fidejussorem recipiendæ solutionis? Dominum hunc respondit Joannes, pueri JESU imaginem proferens; quem tales ad usus semper gestabat: è cuius vultu tam splendor emicareradios mercator vidit; ut, qui parvi Joannem hætenus fecerat, non tantum, quod rogabatur, concesserit, sed etiam, uxore mortuã, ad pedes Joannis se abiciens, se cum omnibus facultatibus obtulerit ad obsequia infirmorum. Bollandus 8. Martii.

## §. XII.

*Arguuntur parci, tenaces.*

**TOLLITE** in aures aureas &c. Ex. 32. 2. Si Aaron hoc aurum in eleemosynas, aliãve piam molitionem, petivisset; cunctatores haud dubiè habuisset: fortassis vix in aures pauculas, aut nullam, accepisset. Ad consilandum idolum liberaliter fluit aurum. Itã passim in orbe res geritur. Ad aucupium honoris satis est auri; ad illicitum voluptatis non deest moneta; ad vestitum luxum pecunia in promptu est, ad convivorum ganeam nummi copiosè fluunt: ad dandas eleemosynas nihil æris superest. Drexelius de elemol. p. 3. c. 7. §. 3.

*Abimelech ingressus est domum regis, quæ erat sub cellario, & sulis inde veteres pannos, & antiqua, qua computruerunt, & submisit ea ad Jeremiam in lacum per funiculos.* Jerem. 38. 11. Putridos centones invenit in aula regis; à qua etiam miseræ non absunt. In domibus magnatum multa computrescunt, quæ cum magno merito dari poterant pauperibus. Escobor in Gen. 47. Illustr. 276.

*Ullulæ quercum Basan.* Zach. 11. 2. Chald. *Ullulæ sarrapa provinciarum*: quasi inter homines idem sit vir dives, quod inter arbores quercus: quippe quercus frugifera est; sed suisibus alendis, non hominibus. Sic divites, instar quercus, canibus, & equis, alendis invigilant. Bæza t. 2. l. 10. c. 8. §. 3.

*Unde illos quis poterit saturare?* Marci 8. 3. Cum Dominus pascere vellet turbam, Discipuli difficultatem opponunt. Sic ei, qui eleemosynam largiri vult, obtendit

*Polyanth. Sacr. Tom. I.*

natura difficultates: Unde poteris pauperes pascere? qui familiæ alendæ necessaria non habes. Si pauperi eleemosynam dederis, pauper ipse fiet, & familia. At verò si ludere; si voluptati, gulæ, servire vult; facilia reddit omnia, amplamque pecuniam repræsentat. Barradius D. 6. Pent.

*Qui habueris substantiam & claveris &c.* 1. Jo. 3. 17. Sacculus noster cor nostrum est. S. Petrus Dam. f. 21.

*Ex Patribus, & Aliis.*

Quid faciam? ubi recondam? iisdem cruciatibus pro sollicitudine facultatum, quibus pauper pro egestate, torquetur. S. Ambrosius l. 81. de hom. div.

Quò ore, quæso, quã impudentiã, panem de cœlo accipientes nos, panem de terra non damus fratribus? Id. ib.

Quid respondebis Judici tuo, qui parietem vestis, hominem nudum finis? qui equos ornas, fratrem in turpi amictu contempnis? qui frumentum purreicere finis, esurientes non nutris? Qui non aperuisti domum, repudiaberis à Regno; Non dedisti panem, non accipies vitam æternam. S. Basilius serm. 2. in divites.

Væ eleemosynas, & pietatis opera non exercenti: nulla namque, nulla venia est eleemosynas non exercenti. S. Greg. Naz. hom. 4. in ep. ad Ephel.

Quidam plus dant canibus, quàm pauperibus. S. Bonaventura serm. 5. D. 2. Quadrages.

## §. XIII.

*Damna, & pœna, tenacium.*

**NON** defrauderis à die bono, & partia cula boni domi non te prætereat. Eccli. 14. 14. Aliqui legunt, *boni diei*. Basilius Imp. inter alia capita exhortationum ad filium Leonem dictata tom. 5. Biblioth. SS. P.P. eum diem tibi periisse exillimato, in quo nemini benefeceris, pro beneficiis, quæ à Deo illò die acceperis. Cornelius hic.

*Pater Abraham!* Luc. 16. Ideò rogans dives non auditur in tormentis, quia orantem pauperem non exaudivit in terris. S. Hieronym. hom. de divite. Ille dives, ante cujus januam jacebat pauperrimus ulcerosus, non est dictus raptor alienorum. *Dives*, inquit, *erat*; non dixit, pauperum oppressor; non dixit, rerum alienarum raptor, non pupilorum spoliator, non viduarum persecutor; nihil horum: sed, *erat quidam dives*. Quid magnum est? dices: de suo dives erat. Si vis audire crimen divitis illius, noli amplius quærere, quàm audis à veritate. Dives erat, indutus purpurã, & bysso &c. Quod ergo ejus crimen? jacens ante januam ulcerosus, & non auditus: hoc enim apertè de illo dictum est, quòd immisericors erat. Propter hanc solam inhumanitatem, quã contemnebat pauperem ante januam suam jacentem, nec congruè, dignèque pascere; *mortuus est, & sepultus in Inferno*: Desideravit guttam, qui non dedit

Uuu

micam.

micam. S. Augustin, f. 19. de Verb. Apost. Dives, qui parvicipem pauperem in bonis presentibus audire contempsit; in futuris malis compatiens pauperem non meruit invenire. S. Chrysologus f. 66. Sibi uni infelicitatem amavit, ut flammam solus sustineat. Invenisset in calamitate remedium; si in infelicitate admisisset confortium. Naxera in Jos. 1. §. 55.

Majores nostri ideo copiis omnibus abundabant, quia & DEO decimas dabant, & censum Cæsari dependebant. Modò autem, quia DEI recessit devotio, Cæsaris accessit additio: hoc enim tollit fiscus, quod non accipit Christus; hoc barbaris datur, quod pauperibus non erogatur. S. Fulgentius serm. de eo, cui uberes ager attulit fructus.

Egreditur de Ecclesia Christianus, & surdis auribus precantem pauperem præterit: ita nos DEUS exaudiet obsecrantes; ita inter pericula imminentium barbarorum auxiliò divinò protegi merebimur. S. Gaudentius tr. 13.

Arbor ulmea significat hominem divitem in hoc Mundo. Sicut enim arbor illa sublimis est, & amœna, & humida; & tamen fructibus vacua: ita & quicumque dives sæculi hujus, quamvis sublimetur honoribus; tamen, si ad pauperem Christi, tanquam ad vitem, elemosynarum suarum brachia non extendit, à fructibus æternæ vitæ vacuus remanebit. Omnes divites timeant exemplum illius arboris infructuosæ, & sterilis; id est, illius, qui purpurâ, & byssò induebatur. Arbor enim amœna, & sublimis erat in Mundo; sed quia ramos misericordiæ non expandit ad Lazarorum, flammam recipere meruit in Inferno: & ab illo petebat guttam, cui negaverat micam. S. Cæsarius hom. 24.

Attendant divites; qui satis probè se vixisse putant, si aliena non rapiunt, si licitis modis ditantur, si nemini injuriam faciunt, aut fraudem videant: quia, non dedisse, sufficit ad gehennam. S. Thomas Villan. Conc. 2. D. 1. Adv.

Avarus, ut Infernus, nunquam ait, sufficit. Mare terminos habet; nox item leges antiquas non egreditur. Solus avarus nullum circumscribit tempus, non terminum noscit, rerum successive non concedit; sed vim, naturamque, ignis imitando, omnia comprehendit, omnia pascitur. S. Basilius f. 2. in Avar.

Quæ nobis erit excusatio? cum ipse nobis quidem cælum pollicetur, nos nè panem ei exhibemus. Cum ipse tibi solem oriri facit, & omnis creaturæ ministerium tibi largitur; tu nec nudum induis, neque ei domum comunicas? Et quid ego solem, & creaturam, memini? Corpus suum tibi tradidit, & pretiosissimum sanguinem; tu nec potum das. S. Chryl. in Joan. hom. 76.

#### Exempla.

Refert Gregorius Turonensis de nauta, cuius omne navis onus, quod mandi potuit, in saxa est conversum; cum pauperi dixisset, se nihil, nisi lapides habere. Bollandus 4. Jan.

Antiochenus dives, incendio factus pauper, abiit ad S. Simeonem Scytilam, clamans: Domine, domus mea, & omnia, incensa. Cui Sanctus: quot solidos ibi habuisti? & ille ait, tria millia. Et Sanctus: cur non dicis veritatem? habuisti septem modios solidorum; & nunquam boni aliquid fecisti; non fratribus subvenisti; & modò quid queris? illos solidos Domine. Respice sursum, ait Simeon; quid vides? cælum. Quantum altum est cælum, tam profundè intrâruat terram solidi tui. Bollandus in vita 5. Jan.

Consuetudo à S. Theodosio Antiocheno Abbate introducta, ut in cœna Domini omnes pauperes, & pupilli, confluerent, & acciperent certam mensuram tritici, & vini, mediumque sextarium mellis. Magna autem, illò defunctò, erat sterilitas: suadentibus diu reluctatus Abbas fratribus nihil illò annò dedit. Apertis dein horreis totum germinasse vitum est; quare coacti illud in mare projicere. Tunc Abbas fratribus: quingentos modios daturi eram; nunc verò quæque ferè millia modiorum tritici perdidimus. Quid lucrati sumus? Bollandus 11. Jan.

Duegenius Hispan. Speculo tristium c. 1. memorat virum ceterà modestum, sed adeo mendicis asperum, ut nec voces quidem rogantium æquis auribus toleraret; & tam ob causam in remotiori adium parte habitasse. Illuxit demum suprema dies; & amplò funere in templum elatus est. Sacris funebribus operari cepit Sacerdos: quoties autem dicebat, *Domine vobiscum*, toties imago Crucifixi prodigiò luculentò visa manus clavis eximere, & digitos ambabus auribus ingerere: velut indignaretur preces pro defunctò suas excipere. Cognitò penitus causâ, vox omnium erat: nemo preces pauperum repellat; surdus est Christus surdis; repulsus repellit.

#### §. XIV.

##### Elemosyna sint larga.

**C**olligite, quæ superaverunt fragmenta; & collegerunt & impleverunt duodecim cophinos. Joan. 6. 12. Cur voluit colligi frustilla panis reliqua? S. Basilius Seleuc. or. 33. Ejus, qui patrabat miraculum, virtutem exarhebat in lucem: nam si pro modo necessitatis dationem commensus fuisset, decoris illius gratia adulterata fuisset; nec is, qui fecisset, satis evidenter Dominus agnosceretur; quippe qui necessitati servisset. Nunc autem profusior, quam necessitas postularet, suppeditatio; auctoris potestatem testatorem facit. Hinc discet, dare pauperi, non solum pro necessitate, sed affluenter. S. Chrysoft. in 1. Cor. 9. Si vel exiguum quiddam argenti exhibuistis, tanquam omnia vestra consumpseritis, commovemini: nescientes, quòd non dare, sed largè dare, id demum est elemosyna. Did. Niss. D. 2. Epiph. §. 4.

Totò igitur animò, totisque viribus, oleum affundamus lampadibus; idque largiter, ac indefinenter; ut hilare, ac largum lumen permaneat. S. Chrysoft. tom. 6. serm. de Verb. Apost.

Bene.

Beneficiorum, quæ pauperibus conferuntur, mensura, debet esse immensitas. Blefensis ep. 20.

## §. XV.

*Eleemosynam junge orationi.*

**N**on apparebis in conspectu meo vacuus. Ex. 23. 15. Vacuus autem intrat ante DEUM, qui veniens ad orationem nullam eleemosynam facit. S. Chrysof. hom. 15. in Matth. 6.

Salomon ad ingressum oraculi januas olivæ fecit 3. Reg. 6. 31. An non essent pulchriores cedrina? voluit Spiritus S. significare; ingressum orationis debere esse misericordiam. Ille namq; qui in pauperes misericors est, DEUM in oratione misericordem, & liberalem, inveniet. Diez Eleemosyna.

*Quid faciam, cum resurrexerit ad judicandum DEUS? DEUS &c. Job. 31. 14. Si negavi, quod volebant, pauperibus? v. 16. q. d. quid exorabo, si comedi buccellam meam solus? Nonne erant in eo multæ virtutes aliæ, quæ in medium poterat adducere? patientiam, fortitudinem, rectitudinem, simplicitatem? Qui sua pauperi viscera claudit, divinas sibi, suæque orationi, aures occludit. Sylveira in Matth. 6. q. 14.*

*In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Eccli. 28. 4. q. d. quæ audaciâ, quæ præsumptione, homo immisericors, & in similem sibi crudelis, polcet à Deo misericordiam; eamque non de uno, sed de multis, iisque gravissimis peccatis? Cornelius hic.*

*Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Il. 35. 3. hoc est, confortate manus, & ad eleemosynam elevate, quas avaritia ad terram depressit; genua roborate ad orationem. Diez. oratio.*

*Frangite sursum panem tuum, Il. 58. 7. & v. 9. tunc invocabis, & Dominus exaudiet.*

*Et cum oratis. Matth. 6. 5. Post exhortationem operum misericordiae, & charitatis fraternæ, quibus homo ad proximos suos virtuosè extenditur, docet Salvator de actu latræ, per quem anima ad DEUM levatur, videlicet de oratione. Dionysius Carthus. hic.*

Postquam Christum tantæ alacritate, & gaudiò, receperunt, Matth. 21. 9. nè buccellam quidem panis ei ad manducandum dederunt. Multos videbis in Ecclesiis cum magnis rosariis, qui aliquot horas in oratione consumunt; postea verò in eandem illiberalitatem incidunt erga DEUM in suis pauperibus. Diez. D. Palmarum.

*Quidam vir, qui erat claudus. Act. 3. 2. Cur ante orationem Petrus, & Joannes, dant salutem? S. Chrysof. præveniuntur precibus preces; rogantem claudum rogaturi antè audiunt, quàm precantur. Antè virtus ostenditur, quàm oratio ad Dominum præmittatur. Nam ex bono opere præmissio valentior fit oratio. Sylveira hic q. 3.*

Religios. Sacr. Tom. I.

Quemadmodum solemne est, ut fontes præsto sint ante oratoria, ut adoraturi DEUM manus prius lavent, lotas inter precandum attolant; ita pauperes fontium vice ante fores collocarunt majores nostri; ut non aliter, quàm manus abluis aquâ, prius per beneficentiam abstersâ animâ, tum demum preces nostras offeramus. S. Chrysof. tom. 6. f. 3. de Verb. Apost.

Ignis est precatio; præcipuè cum à vigilante, & sobriâ, mente proficitur. Sed ignis iste opus habet oleo. Cæterum oleum, quò ignis hic fovetur, non aliud est, quàm eleemosyna. Id. ib.

Efficacissima est ad exorandum DEUM postulatio, cui pietatis opera suffragantur. S. Leo f. 6. de jejun. &c.

Frustra manus ad DEUM pro peccatis rogaturus expandit, qui non has ad viduam rogantem, beneficium collaturus extenderit. V. Beda. l. 1. in Marcum.

## §. XVI.

*Eleemosynam junge jejunio.*

**C**um jejunas, unge caput tuum. Matth. 6. 17. Ungit revera omnis devotus caput suum, cujus religiosum jejunium eleemosynæ ubertate pinguescit. S. Maximus hom. in die Cinerum.

Sicut verni flatus tota faciunt germina florere camporum; ita misericordia tota jejunii semina producit in florem: in cœlestem messem totam jejunii facit fructificare virtutem. S. Chrysofologus l. 8.

Jejunium finè eleemosyna, non est virtus, sed hypocrisis. Id. ib.

Quod anima est corpori, hoc misericordiam constat esse jejunio. Id. f. 41.

Jejunium non germinat, si de misericordia non rigetur: siccatur jejunium misericordiae siccitate. Quod imber terris, hoc jejunio misericordia est. Id. f. 43.

Alget jejunium, jejunium deficit; quod non eleemosynæ vellus tegit, quod non miserationis operit vestimentum. Quod est terris ver, hoc misericordiam scimus esse jejunio. Quod oleum lucernæ est, hoc jejunio pietas; quod diei sol, hoc misericordia noscitur esse jejunio. Id. f. 8. de jejun. & eleemof.

Abstinencia est prima hominis medicina; sed ad plenam curam misericordiae requirit expensas. Jejunium est sanctitatis hostia, sacrificium castitatis; sed finè misericordiae incensò ad divinum non potest conspectum in odorem suavitatis ascendere. Id. f. 40.

Jejunium finè misericordiae deficit; jejunium finè pietate jejunit; fames est avaritiæ, jejunium finè misericordiae. Est ager cultus finè semine, finè miseratione jejunans. Quod est finè rege aula regia, hoc est finè largitate jejunium. Id. f. 42.

## §. XVII.

*Eleemosyna quando exhibenda?*

**A**nte mortem benefac amico tuo. Eccli 14. 13. Absque judicio recto facit, qui divitiis Uuu 2 congregat.

congregandis sedulo inſiſtit, & has aggregatas non ipſe pro redemptione animæ ſuæ pauperibus diſpenſat; ſed aliis poſt ſe diſpenſandas reſervat. S. Hieron. in Prov. 13. Talem carpit hic Ecceſtaſticus, qui, dum vivit, parcus eſt, expectans horam mortis; ut teſtamentò leget pauperibus bona, quæ, dum viveret, cumulavit, ut iis ad luxuriam prodigè uti poſſet. Janſenius adfert vulgatum verſum: da tua, dum tua ſunt; poſt mortem tunc tua non ſunt. Octavianus in Eccl. hic.

Non defrauderis à die bono. Eccl. 14. 14. Lyan. hoc eſt, feſtivò: tunc enim maxime elemoſynæ faciendæ.

*Lucernæ ardentes in manibus.* Luc. 12. 35. Lumen ante te, non à tergo ſeras; ſi videre cupis, quâ viâ gradiaris. Sunt multi, qui totâ vitâ nec buccellam panis elemoſynæ dederunt, & vix aliud opus bonum fecerunt; quousque inſtante morte hæredibus præcipiunt, multa bona opera impleri & elemoſynas erogari. Lumen ante te porta, id eſt, fac bona opera in vita, non à tergo. Mors vitam ſequitur; & itâ morieris, ut vixeris. Stella hic.

Hoc eſt illud coenaculum, ubi tunc Chriſtus cum Diſcipulis orat; hinc ad montem olivarum exiit. Hinc & nos ad manus pauperum exeamus: ibi enim mons olivarum eſt. Olivæ quippe in domo DEI plantatæ, multitudo pauperum eſt: hinc ſtillat guttatim illud oleum, quò nobis tunc opus omnino erit. Hoc eſt, quod quinque illæ virgines habebant; hoc eſt, quò alteræ carentes perierunt. S. Chryſoſt. hom. 83. in Matth.

#### §. XVIII.

#### Quibus danda elemoſyna.

##### Num. I.

#### Egentibus non habentibus.

**N**ec dimittatis quidquam de ſuppelleſtili veſtra: quia omnes opes Egypti veſtræ erunt. Gen. 45. 20. Divitiæ dantur divitiibus; ideo jubentur opes ſuas adferre, plures recepturi, quàm ſi ſuas in patria relinquerent. S. Bernardus in Apologia ad Guilielm. Abb. pecunia pecuniam trahit: quia nescio quò pacto, ubi ampliùs divitiarum cernimus, ibi offertur libentius. Non ſic cœli princeps Matth. 19. 27. *Eccc nos reliquimus omnia.* Axioma Mundi: *habenti dabitur.* Luc. 19. 26. Regum diſſimo Salomoni quanta munera allata ſint, lege 3. Reg. 10. 10. 25. Alvarez Illuſtr. 252.

Docuit Eliſæus mulierem ponere oleum in crâ vafa vacua. Liquor in vas plenum inſuſus perditur. 4. Reg. 4. 3. Et CHRISTUS Luc. 14. 21. *cæcos & claudos introduc.* Hoc etiam ratio docet, ut terra arida conſpergatur, & non aquoſa; & non ſeminetur ſeminata. Sed heu divitiibus plura dantur! Summa Prædicant. Elemoſyna.

##### Num. II.

#### Egentis Religioſi.

*Cucurrit in occurſum eorum.* Gen. 18. 2. Nescio, an tot officia hoſpitalitatis omnibus hoſpitibus exhibuerit Abraham; vix omnibus

vitulum tenerrimum attulit in cibum. Sed in his aliquid divinum, & cœleſte, agnoſcebat. Et licet angelos latentes exceptit; agnovit tamen, viros eſſe juſtos, & pios, & Deo charos. Prima in Ecceſtaſticum. Ethol. 26.

*Non habuit Levi partem &c.* Deut. 10. 9. Unam tribum Levi, quam ad ſacra delegit, parte regionis privavit; reliquis omnibus tribubus, quas à ſacris arcuit, ſortem, & partem, in terra promiſſa attribuit. Scilicet, notante Origene hom. 17. in Num. id egit DEUS, ut quodammodo cogeret populum ad dandam elemoſynam eis, quos ſacris addixit. Tam gratum ei eſt hoc genus liberalitatis. Idem ibid.

S. Auguſtinus in Pf. 102. advertit. Etiam corvum 3. Reg. 17. 6. Angelum 3. Reg. 19. 5. 6. & viduam Sarephanam 3. Reg. 17. 15. aliuiſſe. Et priùs per corvos, quàm viduam: nè quis pater, DEUM neceſſitate coactum, viros pios alendos ad divites mittere; non ob bonum pauperum, ſed ipſorum divitum. Idem Ethol. 219.

*Si bene feceris &c.* Eccl. 12. 1. Elemoſyna data Religioſis DEO grator. Id. Ethol. 26.

*Quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meiſ minimum.* Matth. 25. 40. Cuicumque pauperi elemoſyna detur, Chriſto datur, qui in paupere eſt: præcipuè tamen Chriſto datur; cùm eis datur, qui divino cultui ſunt mancipati, Fratribus, hoc eſt, perfectis viris, vel Apoſtolis. Illud enim pronomen *his* aperte demonſtrat eos, qui proximiores ſunt Chriſto. Id. ib.

##### Num. III.

#### Da verecundiis.

Booz Ruth 2. 16. non jubet Ruth dari ſpicæ, ſed ſuis meſſoribus ait: *de veſtris quoque manipulis projicite de industria, & remanere permittere, ut abſq; rubore colligat; & colligentem nemo corripiat.* S. Chryſoſt. f. 9. bene ait, *noli rubâ canere*: quia talis elemoſyna hoſtilis eſt, non civilis; verecundiam pauperum non relevat, ſed fatigat. Sylveira in Matth. 5. q. 2.

*Beatus, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem.* Pf. 40. 2. Ad quem intelligendum ſollicitâ benignitate vigilandum eſt; ut, quem modestia tegit, & verecundia præpedit, invenire poſſimus. Sunt enim, qui palam polcere ea, quibus indigent, erubeſcunt; & malunt miferiâ tacitæ egeſtatis affligi, quàm publicâ confeſſione confundi. S. Leo f. 4. de elemoſ.

*Mifereor ſuper urbam.* Marci 9. 1. 2. Abul. in c. 15. Matth. q. 103. miſereor eis; quaſi dicat: ipſi non petunt panes, ſed erubeſcunt.

*Vinum non habent.* Jo. 2. 3. Compaſſa eſt verecundia ſponſi, ac ſponſæ, & indigentia convivantium piſſima, affectuoſiſſima, atque dulciſſima, Virgo. Dionyſius Carthuf. hic.

Extat in templo arcula, quam præſepe appellare conſueviſtis; ad hoc unum parata, ut iis pauperibus, qui pudore deterrentur, nè palam mendicent, inde ſuccurratur. In eam ergo poterit unusquisque veſtrum, quoties, & quantum voluerit, immittere. Placeret autem, ut nunquam ille dies, quò verba ad vos facio, prætermitteretur. Oſorius l. 2. orat. 4.

Narrat

Narrat Brœtus ex Francietto in additionibus ad vitam S. Zita Neapoli Anno 1608. Vidua, quæ cum unica filia jam nubili adeo acerbam patiebatur penuriam, ut, fami sedandæ, jam pulvinaria venderit, & filiam prolituere decreverit; quam in hunc finem stimulabat. Filia pudicitia amans eam abegit, Dei providentiam non defuturam, allegans: & parumper secedens cincinnos aureos præcidit, matrique, venales eos foris offerret, dedit. Mater egreditur hæc filia aurea manu gestans. Quæ dum quidam famulus, ei forsan obvius, conspexit; venustate eorum captus, hero suo gratificaturum se sperans, viduam ad herum ducit. Herus, visâ illâ bellâ comâ, quærit: cujusnam sit, an forsan alicujus Religiosæ? Vidua rei seriem aperit, esse filia suæ; quæ potius cincinnos, quam Deum, perdere elegerat. Obstupefactus re tam insolitâ, cum pingui eleemosyna eam dimittit; famulo mandans, eam sequeretur, veritatem exploraturus. Re ita comperâ, ipsemet filiam invisit; miransque non minus virtutem insignem, quam egregiam indolem, optimâ dote eam instruxit; aliosque nobiles hoc factô movit, ut Societatem instituerint; cujus pietate puellæ pauperes dotarentur. Quod adeo feliciter successit, ut duobus primis diebus duo millia scutorum in opus tam sanctum collata fuerint. Juglaris Conc. 22.

## §. XIX.

*Non discute indigentiam, merita &c.*

**Q**uos cum vidisset, cucurrit. Gen. 18. 2. Cum Loth, & Abraham, nihil de meritis mendicantium discuterent, Angelos hospitio suscipere meruerunt. Gen. 19. 1. Eleemosyna sepe in Scriptura comparatur semini: nam, qui feminat, nullô discrimine grana jacit; nihil curans, quò ordine grana decidant. Sic dans eleemosynam nihil cogitat de egenorum vel virtute, vel indigentia, aut dolis. Pinna in Eccl. Ethol. 47.

Dum Deus civitates refugij occisoribus in voluntarijs tutandis adscriberet, ait: *stabit ante portam civitatis, & loquetur senioribus urbis illius, ea, qua se comprobent innocentem; sicq; suscipiet eum; & dabunt ei locum ad habitandum.* Jos. 20. 3. 4. Tepida est misericordia, quæ nimis discutit causam. Alijs in rebus pati errorem, prudentia est nebula; in hac securissimè erratur. Nam magnum misericordiae elogium miserendi causam non citare ad severum judicium. Petit quis, egestatem mentitus, eleemosynam; si subveneris, non amittis meritum. Naxera hic §. 8.

Credidit Naaman Syrus mendaci Giezi, dum diceret: *Dominus meus misit me ad te, dicens: modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim ex filiis Prophetarum; da eis talentum argenti, & vestes muratorias duplices.* Naaman ligavit duo talenta argenti in duobus sacis, & duplicia vestimenta. 4. Reg. 5. 22.

*Bonum est te sustentare justum; sed & ab illo (impio, de quo sermo processit) ne subtrahas manum tuam.* Eccl. 7. 19. Genuinè explicat S. Hieron. Alcuinus, Titelman. &c. q. d. bonum est, sapientes, & justos, ope, & opibus, sustentare; sed à stultis quoque, & impijs, ne subtraha manum, & beneficentiam tuam; quia, qui timet Deum, nihil negligit; sed omnes occasiones bene agendi, & bene faciendi captat; ut imitetur Deum; qui solem suum oriri facit super bonos, & malos. Matth. 5. 45.

*Non exasperes pauperem in inopia sua.* Eccl. 4. 2. Licet sanè magistratibus mendicorum dolos detegere, egestatem mentientes, tanquam otiosos punire. At privatis hominibus hoc non licet; sed cuius, & quòvis prætextu eleemosynam petat, dare. Pinna hic Ethol. 47.

*Si benxeris, scito, cui feceris,* Eccl. 12. 1. Id est, juxta Hugonem, & Carthuf. in paupere nihil aliud requiras, quam Christum, qui sub pauperis persona latet: sic enim fiet, ut omni petenti dones. Id. hic.

*Qui recipit prophetam in nomine propheta &c.* Matth. 10. 41. Ne tamen quis putet; ad excipientem pertinere, an hospes verè Propheta, vere justus sit? Subdit: *quicumq; potum dederis uni ex minimis istis &c.* Id est, cavete, ne de meritis mendicantium stis solliciti; nam, licet contigat, eleemosynam dari homini immerito; misericordia tamen in illum collata præmiò non carebit. Id. ib. Nota: in nomine, non in re, q. d. non discutias, an is, qui à te eleemosynam petit, reipsâ pauper sit. Sufficiat tibi, si nomine sit talis, & pauperem se dicat; integra tibi merces manet. Id. ib.

*Quandiu feceris uni ex his fratribus* Matth. 25. 40. S. Chrysof. hom. 41. in Matth. ait, Dominum ideo in paupere delitescere; ut omnem viam obruraret divitiibus, ne malè verbis pauperes excipiant. Quis enim audeat probris egenos lacerare, quos audit personam Christi Domini gerere?

*Esurivi enim, & dedistis mihi manducare.* Matth. 25. 42. Cur in supremo Judicio maxime discutienda misericordia? Rationem reddit S. Chrysof. hom. 21. in 1. Corinth. tune à mendico pænè mortuo rationem efflagitas? & metuendum istud, & horrendum Christi judicium non formidas? q. d. vult Deus, ut causa de misericordia usque in ultimum judicium reservetur. Id. in Eccl. 4. Ethol. 47.

*Vidit illum pater, & misericordiam motus est.* Luc. 15. 20. Non dixit, unde venis? unde venisti? ubi sunt, quæ tulisti? quare tantam gloriam tantâ turpitudine commutasti? sed, *civis proferse stolam primam &c.* videtis, quia delicta non videt vis amoris. S. Chrysol. f. 3.

*Ut cum defeceritis, recipiant vos in aterna tabernacula.* Luc. 16. 9. Non architectorum, sanè, aut operariorum, magna nobis fuerit cura. Pauperum manus hujusmodi domos construunt; claudi, & esurientes, illos ædificant. S.

Uuu 2

Chry-

Chrysoft. hom. 7. de poen. q. d. sicut ille, qui operarios conducit ad ædificandam domum, non discutit personas; sed quemcumque petentem conducit; nec curat, an pulcher, an nobilis sit? dives, an pauper? Sic, quis elemosynis datis domum sibi in cælo ædificandam nititur &c. Id, Abraham non interrogavit tres viros: qui quis? aut, unde venitis? aut, qua de causa? Gen. 18. 2. Nec Rebecca Gen. 24. 46. Pinna in Eccl. c. 12. 1.

*Cum essemus apud vos, hos denuntiabamus vobis: quoniam si quis non vult operari, nec manduces.* Thessal. 3. 10. Hanc legem contra otiosos condidit Paulus; subdit autem v. 13. *Vos autem fratres nolite desistere benefacientes.* q. d. licet pauperes monuerimus, ne quis sibi elemosynam vitium parat, qui laborando sibi sufficere potest; aut etiam pro divitiis legem condo: *vos autem fratres &c.* q. d. vos autem, qui elemosynam datis; nihil curate, an verè pauper sit? an specietenus? sed omni petenti elemosynam date. S. Chrysoft. hom. 36. in Matth. sed multa, inquis, mendacia, multas fabulas, pauperes fingunt. Ego verò hac etiam de causa majori misericordiâ moveor; cum in eam necessitatem homines incidisse videam, ut impudentissimè mendacis vivere cogantur. Pinna supra citatus.

## §. XX.

*Non rogatus succurre.*

*Putasne est aliquis, qui remanserit &c.* 2. Reg. 9. 1. quærit David. Sic Christum dives amans, Christi pauperes quærit, ut in illos misericordiâ utatur: cum facit convivium, vocat pauperes. Barradius t. 3. l. 3. c. 12. D. 16. Pent.

*Misericordia motus super eam.* Luc. 7. 13. Ut sol ultro, nec rogatus, suum præbet splendorem; sic Christus viduæ suum præbuit auxilium. Apoc. 3. 20. *Ecce sto ad ostium, & pulso.* Barradius t. 2. l. 8. c. 6. D. 15. Pent.

*Quid mihi, & tibi, est mulier?* Jo. 2. 4. Cur ad speciem durius eam affatur? S. Chrysoft. hom. 20. in Jo. alia præterea afferri potest causa, ne qua suspicio oriretur, (scilicet Mariæ precibus non sponte propria, ad miraculosam munificentiam fuisse inductum) non quia & preces displicent; sed quia liberalitatem suam manifestari intendebat; qua gloriosius ostenditur, cum preces antevertit. de Castillo. Illat. 29.

*Ecce quem amas, infirmatur.* Jo. 11. 8. Non rogaverunt, ut veniret, & sanaret languidum; sed tantum, *Domine*, inquirunt, *quem amas &c.* amanti enim factis erat nuntiâsse. S. Rupertus l. 10. hic.

*Discipuli autem, prout quisq; habebat.* Act. 11. 29. Antiocheni hi non expectabant subsidium peti à fratribus, qui erant in Judæa; sed anticipatò non rogati, subsidium præbent. Sylveira hic.

Agabus significabat famem magnam. ib. Beda ait, Agabus interpretatur nuntius tribulationis.

Sol. Lem: *Non exoratus exorior.* Pincinelli.

Molestum verbum est, & onerosum, & demissò vultu dicendum *rogo*, hujus faciendâ est gratia amico, & cuiusque, quem amicum sis promerendo facturus. Seneca l. 2. benefic. cap. 2.

## §. XXI.

*Elemosyna sit occulta cum bona intentione.*

*Iussit ministris, ut implorent eorum saccos JERICÒ.* Gen. 42. 25.

*Utrumque latus propitiatorij Cherubim regant expandentes alas &c.* Ex. 25. 20. Oleast. Summus benefactor est; & nihilominus tectus: ut te doceat benefacere, & nolle videri.

*Conclude elemosynam in corde pauperis.* Eccl. 29. 15. Elemosyna est sicut semen: semen debet abscondi, elemosyna occultè dari. Sanct. Bonavent. diæt. sãl. c. 16. de elemos.

*Cum facis elemosynam, noli tubâ canere ante te.* Matth. 6. 2. Apud Judæos hypocritæ tubâ convocabant pauperes ad loca publica. Et licet dicerent, se hoc facere ad congregandos omnes, ne ex ignorantia quis emaneret; intendebant tamen, ut omnes quasi ad spectaculum confluerent, scirentque quis esset elemosynas erogaturus. Ità S. Pachasius l. 4. in Matth. Rupert. Anselmus, Lyranus, Cajetanus. Sylveira hic. q. 2.

*Spexit in cælum.* Luc. 9. 16. Respice cælum, cum elemosynam das: coelesti tantum Patri placere stude; hominum gloriam sperne. Barradius hic D. 4. Quadrag.

Perfecta est liberalitas, ubi silentiò quis tegit opus suum, & necessitatibus singulorum oculis subvenit. S. Ambr. l. 1. Offic. c. 30.

Apes, quando cerarum cellas intexunt, quando mel conficiunt, & dulci distendant neclare favos; non in publico opus exercent; sed sub villi cortice claustræ laborant; & inde postea gratia dulcoris erumpit in publico. Fac elemosynam, absconde penes te. Sit intrâ te cella tua; ut, quod tu legis, ab alijs prædicetur. S. Laurentius Novariens.

## §. XXII.

*Tu ipse da, non per alium; & de tuo.*

*Honora Dominum de tua substantia.* Prov. 3. 9. Multi multa pauperibus, sed de aliena substantia, ac frugibus; quas vi, vel fraude, rapuerunt, tribuant. V. Beda hic cap. 4.

*Unus adificans, & unus destruens, quid prodest illi, nisi labor?* Eccl. 34. 28. Genuinè Rabanus, Lyra, Janfen. &c. hac referunt ad v. 23. putâ ad *donâ iniquorum*. Nota: iniquum offerentem dona Deo, esse unam personam formaliter; sed duas virtualiter. Nam aliqui expilant pauperes, pupillos opprimunt, infuras exercent, fraudant: pro quibus omnibus se

Deo

Deo satisfacere censent, per eleemosynas, quas dant pauperibus, & Religiosis; hoc sine, ut ipsi pro seorent, Deum pro peccatis suis placent. Hoc refellit hic Syracides. q. d. erratis, o miseri, & ceci! quia donum in iniquitate persistentium non probat Altissimus. Est enim dona, & oblationes, in se bona, sanctaque sint, utpote actus virtutum; non tamen ob eas gratus est Deo, qui ea donat; si sit impius, iniquus, & in scelerata vita persistat. Rationem dat: quia quod ipse, ut pius, donando, & offerendo edificat, id est, recte, beneque facit, aliisque dat virtutis exemplum; hoc idem, ut impius, & quasi alter à te pio diversus, suis sceleribus assiduis destruit. Rursus quod ipse, ut pius per se, vel pauperes, & Religiosos, quorum preces per eleemosynas deposcit, orat, & obsecrat, ut fiat; hoc ipse, ut impius, maledicit; & re ipsa orat, ut non fiat: dum DEUM suis sceleribus irritat, & ad vindictam provocat. Cornelius hic.

*Frangere esurienti panem suum.* II. 8f. 7. Rapinas elargiri, furtum est, non liberalitas. Quam frequenter sacrilegium est, quod putatur religio. Oliva l. 9. Strom. hic.

*Exiit qui seminat semen suum.* Luc. 8. 5. Magnus princeps, ac Dominus, proprium semen diffundit, ex propriis rebus confert beneficia, non ex alienis. Sylveira hic.

*Facite vobis amicos.* Luc. 16. 9. Hoc aliqui male intelligentes rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur; & putant, se facere, quod præceptum est. Intellectus hic corrigendus est; imò de tabulis cordis nostri omnino delendus. Nolo sic intelligatis. De justis laboribus facite eleemosynas; ex eo, quod recte habetis, date. S. Augustinus f. 35. de Verb. Dom. Credi potest, illos; quibus cum Christus loquebatur, divitias habuisse iniquas, & injuste partas, quæ dominis restitui non poterant: ideòque eos monuisse, ut egenis darent. Barraudius hic D. 8. Pent.

*Dimidium honorum meorum do pauperibus.* Luc. 19. 8. Meorum, non alienorum: eleemosynam ex propriis donat; aliena dominis restituit, S. Chrysol. l. 54.

*Unde ememus panes?* Jo. 6. 5. Non consulit Christus Rex, an pecunia à paupere sit exquirenda; sed undenam ex propria penu possint emi panes in subditorum subsidium? Ideo Philippus, voluntatis Christi conscius, ad pecunias Apostolici marsupij (ex sententia probabili) recurrit: ducentorum denariorum summam exponens. Escobar mir. Chr. t. 1. Obs. 9.

Vide tit: Opera bona.

## TITULUS VI. EPISTOLÆ S. Pauli.

**E**pistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris. 2. Cor. 3. 2. Epistola salutis indicium est. Recte ergo ait: quia salus Corinthiorum in corde erat Apostoli, & eorum, qui cum illo erant: semper enim de salute eorum cogitabant. Cum ergo in corde sunt Apostoli, & eorum, qui cum ipso erant; epistola sunt scripta in cordibus eorum: quia qui semper aliquis memor est, scriptus est in animo ejus. Sanctus Ambrosius hic. Hoc est, quod ait: *epistola nostra vos estis.* Quidquid enim illud est, quod eas fecit literas, quæ commendant nos, redduntque reverendos: hoc vos facitis, dum & vident vos, & de vobis audiunt omnes; propterea, quod dis-

cipulorum virtus præceptorem ornare solet, & commendare, plus quam ulla epistola. S. Chrysol. hom. 6. hic.

De Pauli egerice, quam cum persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis unda quam sanguinis. Quæ quidem res in Sancto Paulo stupenda non est. Quid enim mirum, si abundat lacte nutritor Ecclesiæ; sicut ipse ad Corinthios ait 1. 3. 2. *Lac vobis posui dedi, non escam.* Quæ Pauli epistola non melle dulcior est, lacte candidior? quæ epistolæ, tanquam ubera Ecclesiarum populos nutriunt ad salutem. Sanct. Ambrosius l. 68. de Natali. SS. Petri, & Pauli.

## TITULUS VII. EVANGELISTÆ.

*Figura.*

**C**eli enarrant gloriam Dei. Psal. 18. 2. Justi Evangelistæ, in quibus Deus tanquam in coelis habitat, exponunt gloriam

Domini nostri Jesu Christi. Sanct. Augustinus hic.

*Sagitta tue transeunt.* Psalm. 76. 19. Sagittas hic Evangelistas decenter advertimus, qui præ-

prædicationibus suis devotos populos usque ad cordis intima medicinaliter transfodiunt, non inflicto vulnere, sed salute. Cassiodorus hic.

*Similitudo quatuor animalium.* Ezech. 1. 5. Apud Ezechielem hic, & in Apocalypsi Joannis 4. 6. commemoratur animal quadruplex habens quatuor personas, hominis, vituli, leonis, aquilæ. Matthæo leo tribuitur, qui rex est bestiarum: quia in generationibus Domini regiam seriem profecutus est. Luca autem, quia cœpit à Sacerdotio Zachariæ Sacerdotis, vitu-

lus deputatus est: quia magna victima vitulus erat in Sacrificijs Sacerdotum. Marco homo Christus merito assignatus est, quia ab homine Christo exortus. Aquila Joanni, quia à Divinitate. S. August. tr. 36. in Joan. Primus habet faciem hominis, propter genealogiam; secundus faciem vituli, propter Sacerdotium; tertius faciem leonis, propter vocem clamantis in deserto: *parate viam Domini*; Joannes vero noster quasi aquila ad superna volat, & ad ipsum Patrem pervenit dicens: *in principio erat Verbum.* Sanct. Hieronymus l. 1. contra Jovinianum.

## TITULUS VIII. EVANGELIUM.

### §. I.

#### *Figura, & Symbola.*

#### *Ex Veteri, & Novo.*

**P**aradisus est Ecclesia, *quatuor flumina* sunt quatuor Evangelia. S. August. l. 15. de Civ. c. 21. & S. Ambros. l. de parad. Ecclesia paradisi instar, arbores fructiferas intramuros suos intus includit. Has arbores rigat quatuor fluminibus, id est, quatuor Evangelijs. S. Cyprianus ep. 78. Quatuor paradisi flumina, quatuor sunt Evangelia ad prædicationem in cunctis gentibus missa. Sanct. Isidorus c. 2. in Genes.

*Meliora sunt ubera.* Cant. 1. 1. Vinum fervorem scientiæ Legalis; ubera verò dicit rudimenta Evangelicæ fidei. V. Beda hic. Per ubera Christi, dulcedo Evangelij intelligitur: quia velut lacte nutritur infantia credentium. S. Thomas hic.

*Mittentes rete in mare.* Math. 4. 18. Evangelium est mare, in quo piscantur Apostoli; in quo mittitur rete, quod est simile regno cælorum. S. Ambros. hex. l. 5. c. 7. Evangelium est mare, in quo divinæ gratiæ plenitudo est. Id. ib.

*Grannum sinapis.* Math. 13. 31. Evangelium est, annuntians minima, scilicet Jesum Crucifixum. Nihil minus, nihil abjectius hoc dogmate est; sed idem maximæ virtutis in regeneratione Ecclesiæ, velut arboris inter olera apparet. Cætanus hic.

*Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus.* Marci 10. 15. Regnum Dei, id est, doctrinam Evangelij, sicut parvuli recipere jubemur: quia quomodo parvulus in discendo non contradit Doctoribus; neque rationes; & verba, componit, adversum eos resistens, sed fideliter suscipit, quod docetur; & cum metu obtemperat, & quiescit: ita & nos in obediendo simpliciter, & sine ullâ retractatione, verbis Domini facere jubemur. V. Beda l. 1. hic.

*Ego sum vitis.* Jo. 15. 1. Vitis hujus vi-

num, Evangelij mustum est, mustum lactificans cor hominis. S. Hildebertus ep. 47.

Quid liber comestus, Apoc. 10. 9. & amaritudini mixta dulcedo, significaret, exprimit: quòd videlicet erепtus exiliò Gentibus esset Evangelium prædicaturus; amore quidem dulcedo, sed tolerandis persecutionibus amarum. V. Beda hic.

#### *Ex Patribus.*

Tuba Christi est ejus Evangelium. S. Clemens Alex. Orat. adh. ad Gentes.

Lucerna Sacerdotium vetus, nocte tantum clausis in domibus lucens. Sol Evangelium. V. Beda in l. 1. Samuel c. 1.

Evangelium, speculum veritatis, nemini blanditur; nullum seducit: talem in eo se quisque reperiet, qualis fuerit. S. Bernard. l. 1. de 7. panib.

### §. II.

#### *Evangelij laudes.*

*Absorpti sunt juxta petram iudices eorum.* Pl. 140. 6. Ita legit S. Augustinus; alias *juncti petra.* Quid est, absorpti sunt juxta petram? *Petra autem erat Christus.* 1. Cor. 10. 4. Absorpti sunt juxta Petram. Juxta, id est, comparati iudices magni, potentes, docti. Dixit hoc Aristoteles; adjuge illum petra, & absorptus est. Dixit hoc Pythagoras; hoc Plato. Adjuge illos Petra; compara illorum auctoritatem auctoritati Evangelicæ; compara inflatos Crucifixo. Dicamus illis: vos literas vestras conscripsistis in cordibus superborum; ille crucem suam fixit in cordibus regum. S. August. in Pl. 140.

*Optime Theophile.* Luc. 1. 3. Theophilus interpretatur *amans Deum*; vel *amatus à Deo.* Quisquis ergo amat Deum, vel ab eo amari se cupit; sibi putet Evangelium hoc scriptum; & tanquam munus à DEO sibi donatum, accipiat. Dionysius Carthus. hic.

Plena

*Plena oculis.* Apoc. 4. 8. Quia Evangelium dat nobis multiplicem cognitionem futurorum, quæ ante nos sunt: aperit oculos, ad expectanda præmia, quæ Deus iustis pollicetur; & ut caveamus horrenda mala, quæ impiis minatur. Plena oculis retro. Ostendit nobis, quod fuimus, ex pulvere terræ. Ostendit exempla priorum. Plena in circuitu: ad videndum, quæ circa nos sunt, & recte ordinanda. Plena oculis intus: ad videndum interna. Sylveira hîc.

Colligitur ex sequentibus verbis, in more fuisse Christianis, ad tollendum dolorem capitis, supponere illi Evangelium. Cum caput tibi dolet, laudamus, si Evangelium ad caput tibi posueris, & non ad ligaturam cucurreris. S. August. tr. 7. in Joan.

Inter omnes divinas auctoritates, quæ sanctis literis continentur, Evangelium merito excellit. Quod enim lex, & propheta, futurum prænuntiavit, hoc redditum, atque expletum, in Evangelio demonstratur. Id. l. 1. de consensu Evangelist. c. 1.

Evangelium bonum nuntium. S. Isidorus l. 1. c. 11.

Evangelium dicitur, eò quòd nuntiet nobis res prosperas, hoc est, bona: nempe remissionem peccatorum, iustitiam, reditum ad cælos, adoptionem in filios Dei. Theophylactus in proœmio.

Evangelium idem est, ac bona annuntiatio: annuntiat enim in eo conjunctio hominis ad Deum, quæ est bonum hominis, secundum illud Ps. 72. 28. *mibi autem adherere Deo bonum est.* S. Thomas in ep. ad Rom.

Evangelium est annuntiatio humanæ salutis, facta proprio ore Salvatoris. Hugo Card. Prologo in Evangelia.

Evangelium vox Græca est; propriissime accipitur, pro jucunda, faustaque, nuntiare. Sylveira Proœm. in textum quatuor Evangelist.

Hoc est verbum Verbi, sermo sermonis, sapientia Sapientia. Innocent. P. III. de Sacra. Altar. Myster. c. 46.

Si in quacunque domo Evangelium est, illic diabolus ingredi non audeat; quantum minus animam ei assiduis lectionibus familiarem, neque demon, neque peccatum, attinget? Sanctifica igitur animum, sanctifica corpus: hoc continget, si Evangelium semper, & animò habueris, & lingua. S. Chrysostr. hom. 31. in Joan. 4. Judæi sub lege erant quasi Alphabetarij; Christiani verò sub Evangelio perfecti evadunt Theologi. S. Cyrillus l. 9. in Joan. oportebat per Moysen, tanquam per puerum, erudiri Israellem; qui puerilis adhuc, & rudioris mentis erat. At per CHRISTUM, in quo sunt omnes thesauri sapientia reconditi, descriptam veram, & consummatissimam nobis affectri scientiam. Cornelius Proœmio in Evangelia.

Evangelium est epistola quædam DEI è celo missa. Sanct. Antonius, teste S. Anastasio in ejus vita.

*Polyansth. Sacra. Tom. I.*

Evangelium Christi docuit Mundum, quod ignorabat; persuasit ei, quod volebat; compulit credere, & amare Crucem, & mortem, quam ipse Mundus horrebat. Simon de Cass. l. 1. c. 25.

Evangelium est lex æterna, temporaliter promulgata. Divina voluntatis est offensio, reformatione deformatae imaginis, invisibilem amor, visibilem sanctum odium; terror demonum, clausura inferni, animæ speculum, rationis luminare splendidissimum. Id. l. 4. c. 1.

Quatuor Evangelia instruunt nos de quatuor, credendis, faciendis, fugiendis, appetendis. Credenda sunt, articuli fidei, Sacramenta, & testamenta. Operanda sunt præcepta, consilia, & misericordiae opera. Fugienda sunt peccata, infernus, & purgatorium. Appetenda sunt, virtutes, sapientia, & vita æterna. Geminiani l. 7. simil. c. 13.

Prophetia est Evangelium velatum; Evangelium verò est prophetia revelata. Cornelius Proœmio in Evangelia.

### §. III.

#### *Evangelij æstimatio, & honor.*

Constantinus M. Evangeliorum codicem aurò, gemmisque, ornatum, domo misit S. Nicolao Myrensi Episcopo. Theodosius Imp. Evangelium propria manu descriptum quotidie lectabat bonâ noctis parte, teste Nicephor. l. 14. c. 3. Synodi Oecumenicæ ambæ Nicænæ, Chalcedonensis, Ephesina, Evangeliorum librum in medio concilij statuebant; ut ad illum, quasi ad personam Christi, converterentur; acsi Christus ipse diceret: iustum iudicium iudicate, ait S. Cyrillus in Apolog.

Gregorius Turonens. de vita PP. c. 6. narrat. quòd, cum, arvena civitas incendiò conflagraret, S. Gallus Ecclesiam ingressus diu ante altare Deum exoravit; surgensque, apprehensò Evangeliorum codice, eòque apertò, obviam se igni obtulit; subitoque incendium extinctum est, ut nè favillæ quidem remaneret.

Martianus, cum jam flamma serpens Ecclesiam S. Anastasiae propinquaret; acceptò in manus Evangelio, per tegulas in tectum ascendit; precibusque, ac lacrymis, illasam ab incendio servavit. Nicephor. l. 5. c. 22.

Tantâ reverentia audiebant Evangelium, quantâ ipsum Christum, Sanct. Antonius, Basilus, Franciscus. Cornelius in Malachiam proœmio.

Nos sic audimus Evangelium, quasi præsentem Dominum. S. Aug. tr. de S. Joana. Synodus 8. Oecumenica act. 10. can. 3. Evangelis honorem æqualem illi, qui Christo deservit, decernit. Sacram inquit, imaginem D. N. J. C. & omnium Salvatoris, æquò honore cum libro Sanctorum Evangelium adorari decernimus.

S. Hilarionis hæreditas erat Evangelium propria manu descriptum, quod moriens legavit Helychio. Ità S. Hieronym.

Xxx

Par-

Partem Evangelij S. Marci Carolus quartus propria eius manu Latine scriptam, Aquileia ex Italia, Pragam misit; scribens inter reliqua ad Proceres, & Clerum Pragensem: Librum - sincerè complectimur. Jam disposuimus pulchrum, & preciosum, ex auro, & margaritis, pro eodem libro confici apparatus, pretij duorum millium florenorum. Quocirca De-

votionem vestram attentè requirimus, & hortamur, volentes; quatenus cum universo Clero civitatum, & suburbiorum nostrorum Pragenfium, eidem libro obviam venitis; & cum iucunditate spiritali, & gaudio, suscipiatis eundem. Bolland. 25. April.

## TITULUS IX. EUCCHARISTIA.

§. I.

*Figure, Symbola.*

*Ex Veteri.*

**F**ons ascendebat à terra. Gen. 2. 6. Ex paradiso fons scaturit, à quo sensibiles fluvij emanarunt. A mensa hac prodit fons, qui fluvios spirituales diffundit. Juxta hunc fontem non steriles salices germinant, sed arbores coelum ipsum attingentes. Si quis astat, ad hunc fontem se conferat; & recreabitur. Mundat squalorem, & sordes; aestus mitigat non solares; sed quos ignita sagitta imprimunt. S. Chrysof. hom. 45. in Joan.

*Respexit Dominus ad Abel. & ad munera eius.* Gen. 4. 4. Ideo placuerunt Deo munera Abel, quia ipse placuit. Rupertus l. 4. c. 4. in Gen. Sacrificium Abel ait, esse figuram Eucharistiae. Cornelius hic.

*Dominus precedebat eos - per diem in columna nobis.* Ex. 13. 21. Quae est nubes, quae praecedit veros Israelitas? nisi verissimum, & sanctissimum corpus tuum, quod in altari sumimus; in quo velatur nobis altitudo dei, immanitas maiestatis tuae: cujus & calorem, & splendorem, mortalis infirmitas sustinere non posset; nisi mediatrix nubes interposita, & ardorem temperaret desuper, & tutam subtus se viam praemonstraret. Drogo. Ostiens. serm. de Sacr. Dom. Pass.

*Et sanguinem vuae meracissimum.* Deut. 32. 14. id est, sanguinem Christi Filij Dei biberet sacrosanctum. S. Rupertus Abb. in Deuter. l. 2. c. 7.

*Elegit sibi quinq; limpidissimos lapides.* 1. Reg. 17. 40. David sumit lapidem limpidissimum, cui dicitur nomen Domini in sculptum fuisse. Candor petrae representat candorem, & coetera accidentia, Hostiae: nomen significat veram, & Sacramentalem praesentiam Christi Salvatoris. Hugo Card. hic.

*Et levavit pallium Elia.* 4. Reg. 2. 13. Elias melotem Discipulo reliquit. Filius autem Dei ascendens suam nobis Carnem dimisit. S. Chrysofomus hom. 2. ad pop. Antioch. Ecce sublati es: amplius te tuus non videbit Elizaus. Remansit tamen ei pallium tuum in memoriam tui; ut praesentiae tuae dolorem ejus semper & augendo leniat, & leniendo augeat. Hoc sumite, ait, in mei commemorationem. Hoc est Sa-

cramentum Corporis tui; quod sumimus in commemorationem tui, donec venias. Pallium tuum, est Caro tua; qua vestitus ad nos processisti. Drogo Ostiensis ante citatus.

*A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.* Psalm. 4. 8. Fructum frumenti ad Sacramentum Corporis Christi; fructum autem vini ad Sacramentum Sanguinis Christi; fructum vero olei ad unguentum Spiritus Sancti, referre possumus. S. Bonav. Spec. B. Virg. c. 12.

*Super aquam refectiois educavi me, animam meam convertit.* Pl. 22. 2. Divinissima Eucharistia, aqua est refectiois. Vel, ut habet Hebraea vox quietis aqua; quae lassum, sitibundum, & mœrentem, reficit, erigit, & tranquillum reddit. Ludovicus de Ponte in Cant. 5. Exhort. 21. §. 3.

*Altaria tua Domine virtutum.* Pl. 83. 4. Nostri nidi, & cubilia, & bonorum fructus tua sancta Altaria sunt: apud illa enim, velut pulli hiantes, divinum, & salutarem, cibum à te percipimus. B. Theodoretus hic.

*Lectulus.* Cant. 1. 15. pulcherrimus floridus, & umbrosus, Eucharistia. *Lectulus* etiam *nofter* dicitur: quia, dum ipse intra nos commoratur, nos etiam in ipso quiescere facit, *in me manet, & ego in eo.* de Ponte hic Exhort. 15.

*Sub umbra illius &c.* Cant. 2. 3. Sicut Caro Christi umbra est Divinitatis, illam nobis attemperans; ita tegumentum acidentium panis, & vini, post consecrationem umbra est splendidissimi Corporis, & Sanguinis Christi; nobis illa attemperans, ut sint apta nostro cibo, & potui, Idem hic Exh. 28. §. 1.

*Ferculum.* Cant. 3. 9. Divinitatis est Humanitas Christi. Haec enim est quasi lectica, in qua recumbit, & quiescit Deitas Verbi, ait Philo Carpathius. Utriusque verò Ferculum est Eucharistia: in qua tota Christi Deitas, & Humanitas, continetur, & in supplicationibus circumfertur, ad Christi gloriam, & Fidelium devotionem. Ferculum hoc factum est de lignis Libani, id est, purissimo sanguine B. Virginis omnis corruptionis experte. *Libanus* enim Hebraicè idem est, quod *candor*, candida puritas. Columnae argenteae sunt Christi sapientia, eloquentia, vis dicendi, & praedicandi, instar argenti sonora, & efficax.

Reci-

Reclinatum aureum sunt septem dona Spiritus Sancti; quae super Christum requiescere docet Isaïas c. 11. 12. ac vicissim in iis quasi reclinatus requiescit ipse. Ascensus purpureus, est sanguineus Christi sudor, passio, mors, & martyrium. Cornelius hic. Ferulum imputribile fecit sibi Pacificus noster; corpus incorruptibile aptans sibi; in quo salutis epulas ministraret. Sanctus Bernardus serm. 5. in Vigil. Nativ.

*Candidus, & rubicundus.* Cant. 5. 10. S. Gregorius Nyssenus hæc verba refert ad Carnem, & Sanguinem Christi, pro nobis assumptæ. Candidus propter carnem; rubicundus propter sanguinem. de Ponte hic Exh. 19. §. 3.

### Ex Novo, & Patribus.

*Centuplum accipient.* Matth. 19. 29. Ipse est panis Angelorum; panis divus, panis quotidianus. Hic est, de quo nobis promissum est, quia *centuplum* accipiemus in hoc Saeculo. Sanct. Bernardus serm. 1. Dom. 1. Epiph.

*Adurite vitulum saginatum.* Luc. 15. 23. Vitulus saginatus, qui ad poenitentis immolatur salutem, ipse Salvator est: cujus quotidie carne pascimur, cruce potamur. S. Hier. hom. 146. de filio prodigo.

*Granum frumenti.* Joan. 12. 24. Caro illa unum erat granum frumenti; quod, antequam *cadens in terram mortuum* fuisset, nunc, postquam mortuum est, crescit in altari, fructificat in mentibus, & corporibus nostris: & ascendente magno, & divite, Dominò mellis, terram fructiferam, in qua crevit, secum vehit in horrea caeli. Rupertus de Divina. Offic. 1. 2. cap. 11.

*Ego sum vitis.* Joan. 15. 1. Cur se hic Christus comparaverit viti, causa est, quod recenter Eucharistiam instituerat, ac sub specie vini Apostolis sanguinem suum bibendum dedit. Cornelius hic. Prætermisit alias arbores, vitis duntaxat imaginem fumens: quod ex illa letificans, & calefaciens, fructus exit; ex quo jam sanguinem suum fecerat, & propinaverat Discipulis. Et nullius arboris fructus aptior potui, quam qui procedit ex vite. Et nullus potus sublimior, quam sanguis, qui processit ex latere; quem sumimus in fructu procedente de vite. Sim. Cass. 1. 7. c. 45.

*Dabo illi calculum candidum.* Apoc. 2. 17. Est calculus ipse lapis pretiosus, & gemmeus; quem Sanct. Hieronymus ep. 143. ad Damasum, carbunculum vocat; cuius meminit Isaïas cap. 6. 6. representatque Christum in Eucharistia. de Ponte in Cant. 1. Exh. 15. §. 2. Vide Cornelium à Lapide II. 6.

*Sol in fracturis speculi integer.* Lem: *Et in fragmentis integer.* Christus in Sacramento per partes manducatur, & manet integer. Totus in caelo, totus in corde tuo: totus in fracto, totus in integro. Hugo à S. Vict. de anima 1. 3. c. 5. Picinelli.

Polyant. b. Sac. Tom. 1.

### §. II.

*Eucharistia vocatur vita, & vivificat.*

**I**n sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es. Gen. 3. 19. Vatablus legit: *vesceris pane tuo.* Nota, *pane tuo.* Terrenus panis mortem non abscondit; imò salutem, corporisque vires, paulatim, dum enutrit, comminuit. At caelestis Christi panis morbos, & mortem, arceat. *Vesceris pane tuo*, ut in pulverem redigaris: nam meo visitans contra mortem medicamen haberes. Naxera in Appendiculo de Sac. Euch. §. 13.

*Ubi cumq; fuerit corpus illic congregabuntur & aquila.* Matth. 24. 28. Habet Ecclesia aquilas suas sibi ad obsequium electas: de quibus in Evangelio Dominus, *ubi fuerit corpus &c.* quia ubi Passio Christi celebratur, & Corpus immolatur nostræ salutis; ibi aquila caeli adgregantur quasi ad escam, & adveniunt: ut de morte Carnis ejus vitam, & refectionem, recipiant perpetuæ futuritatis. S. Paschasius in Thren. 1. 4. c. 4.

*Tenens manum ejus clamavit, dicens: puella surge, & jussi illi dare manducare.* Luc. 8. 54. Hac de causa exsuscitandis mortuis, non solummodo verbò, & imperiò, ut Deus, utebatur; verum etiam carnem suam, quasi cooperatricem, nonnunquam adhibebat. Ut ostenderet; carnem quoque suam, quoniam sibi conjuncta est, vivificam esse. Sanctus Cyrillus in Joan. c. 14. l. 4. apud Naxeram citatum.

*Qui manducat meam carnem - habet vitam æternam.* Joan. 6. 55. Patres in Concilio Nicæno vocarunt Eucharistiam *symbolum Resurrectionis.* Multus est in hoc argumento Sanct. Irenæus l. 4. cap. 34. probans, futuram corpoream resurrectionem vel ex eo, quod corpora nostra hic excipiant Carnem vivificantem. Petrus Doultreman de amore div. l. 4. c. 4.

*Panis Dei est, & dat vitam Mundo.* Joan. 6. 33. Eucharistia senem Mundum vivificat, & renovat. Dum in domo Abrahæ, & Saræ, convivium celebratur, ubi Deus adest, fit illa promissio: *habebit filium Saræ uxor tua.* Gen. 18. 10. Bæza t. 3. l. 14. c. 10. §. 9.

*Ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.* Joan. 6. 50. Manna in deserto datum Israelitis ibi reliquit sepultos: panis autem vivus, *qui de caelo descendit*, ut in hujus vitæ deserto homines pasceret; non reliquit hic sepultos, sed in patriam caelestem ducit, similiter ibi satiandos. Idem ibidem §. 23. Quia per cibum vetitum mors in ultione fuit, & in privatione vita; per cibum caelestem depellitur horrida, & odiosa, mors; & vita optata redditur: dum servator obedientia de sumendo, prout in vetito inobedientia est servata. Sim. Cass. 1. 11. cap. 16.

Xxx 2

Fin.

*Vinceni dabo edere de ligno vite.* Apoc. 2. 7. Per lignum vitæ Eucharistiam intelligunt S. Paschalius l. de Corp. & Sanguin. Dom. c. 9. S. Chrysostomus hom. de penitentiâ, Rupertus, Bonaventura. Sylveira hic 9. 23.

S. Igaatius M. vocat, ep. 11. ad Ephesios, Eucharistiam *Panem*, qui est medicamentum immortalitatis.

Quia homo per gustum mortem incurrit, per gustum quoque vitam acquirit: quatenus *unde mors oriebatur, inde vita resurget.* Dicitur est quippe de illo: quocumque die comederis, morte morieris. Dicitur autem de isto: *si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum.* Innocentius III. l. 4. de Sac. Altaris.

Homo cecidit à vita beata per cibum corporalem à Deo vetitum, & ab homine usurpatum diabolo suggerente: & ideo conveniens extitit, ut similia similibus, & contraria contrariis, curarentur: quod scilicet homo reduceretur ad vitam, à qua ceciderat per cibum similiter corporalem à DEO præstitum, & ab homine sumptum, ipsò Dei Filiò ministrante, & imperante. S. Thom. Aqu. Opusc. 20. de sac. Euchar. cap. 6.

Quicumque Christiani damnationi addicentur; nihil habebunt certè, quod in sui defensionem, & excusationem, adferant tum; cum Judex justissimus ostendet illis, quàm immeritò spiritualiter voluerint mori; cum tam facilè & vitam, & sanitatem, Corporis sui; quod hac de causa illis relictum, & datum, erat, manducatione conservare potuerint. S. Franc. Salef. in Philothea p. 2. c. 20.

Veteres Christiani Eucharistiam, quasi propriò vocabulò, *Vitam* appellabant: quibus proinde idem erat ire ad Vitam, adorare Vitam; atque ire ad Eucharistiam, adorare Eucharistiam, suscipere Eucharistiam, teste Baroniò tom. 1.

### §. III.

#### *In Eucharistia realis presentia Christi Domini.*

**M**elchisedech - *proferens panem, & vinum.* Gen. 14. 16. Si non esset in hoc Sacramento, nisi figura Corporis Christi, in pane; & figura sanguinis in vino; tunc non differret Sacrificium Christi à Sacrificio Melchisedech Sacerdotis, qui offerebat panem, & vinum; quod significat Corpus, & Sanguinem. 2. Secundum hoc non mutasset Sacrificium Agni Paschalis in rem aliquam; sed solùm figuram in figuram, magis claram in magis obsecuram: melius enim significat Agnus Christum, quàm panis, & vinum. Itèm, cur dicit Paulus 1. Corinth. 11. 27. *qui indignè manducat.* Comedere enim hujusmodi figuram indignè, non videtur dignum tantà poenâ. Itèm, si intelligeretur sola figura, quomodo Apostoli reputassent istum sermonem durum. Joan. 6. 61. Non enim comedere figuram Corporis Christi, est res supra usum

solutum. Similiter ibidem *trigabant Judai &c.* v. 53. S. Humbertus serm. 44. in solemni Communionem.

*St quis manducaverit ex hoc pane &c.* Joan. 6. 52. Theophylactus: non dixit, *panis, quem ego dabo*, figura est Carnis; sed *Caro mea est.* Si in Eucharistia est, juxta Calvinum, nudus panis, non Corpus Christi; ergo perperam Christus præfert Eucharistiam ipsi manna: utpote quod erat sapidus, & subtilius, pane. Et ità intellexerunt Christum Capharnaïtæ, & Discipuli Christi: scilicet, quòd vellet verè, & propriè, Carnem suam manducari; etsi modum manducandi sacramentaliter sub speciebus panis, & vini, ignorarent: nec eum, etsi Christus explicuisset, hòc tempore capere potuissent. Et tamen eos, licèt graviter offenderentur, non corripuit Christus; cum hanc eorum offensam, & apostasiam, unicò verbò impedire potuisset, & debuisset; dicendo, se loqui mysticè. Scilicet, quòd manducare Carnem suam non sit aliud, quàm credere, se esse incarnatum, & passum, pro salute hominum. Cum ergo hoc non fecerit, certum est, ipsum loqui de manducatione Carnis sue reali, & Sacramentali, in Eucharistia. Cornelius hic.

*Hæc in figura facta sunt.* 1. Cor. 10. 6. Res figurata suâ figurâ nobilior est, sicut corpus suâ umbrâ, ac homo suâ imagine. Ergo Sacramenta novæ Legis, & præsertim, Eucharistia, quasi res figurata, nobilior esse debet sacramentis Legis veteris, ipsòque manna figurâ Eucharistia. Christus disertè corpus suum in Eucharistia præfert ipsi manna. Joan. 6.

Nonne communicatio Christi sanguinis est? 1. Corinth. 10. 16. Ergo non typus sanguinis, ut vult Calvinus; sed ipsissimus Christi sanguis est; & nobis communicatur in calice Eucharistia. Si dicam, do tibi aureum; verum, non fictum, intelligis. Si te invitarem ad epulum cervi, vel leporis, & imaginem cervi apponerem; nonne ridiculus essem, & impottor? Idem hic.

*Hoc est Corpus meum.* 1. Cor. 11. 24. Omnes Evangelistæ, & Paulus, Corpus hoc explicant, cum addunt, *quod pro vobis datur, tradetur.* Atqui non figura Corporis, sed verum Christi Corpus pro nobis datum, & traditum est: ergo. Nota etiam: Christus genimen vitis vocavit, non id, quod erat in calice Eucharistico, sed quod in Calice Agni Paschalis. Idem hic.

Cum Christus ipse sic affirmet, atque dicat de Pane: *hoc est Corpus meum*; quis deinceps audeat dubitare? Atque eòdem quoque affirmante, & dicente: *hic est sanguis meus*; quis dubitet, & dicat, non esse illius sanguinem? Aquam mutavit aliquando in vinum, quod est sanguini propinquum, solâ voluntate; & non erit dignus, quòd vinum in sanguinem transmutasset? Sanct. Cyrillus Jerol. Mytag. Catech. 4.

## §. IV.

In Eucharistia velatum Christus.

Utrum q̄, latus Propiziatorii regant Cherubim, expandentes alas, & operientes. Ex. 25. 20. Ratio, quare Corpus suum dat velatum, est instructio morum: discat enim homo abscondere virtutum, & bonorum operum, intentionem ab humano favore. S. Thom. Aqu. Opusc. 58. c. 8.

Cur faciem tuam abscondis &c. Job. 13. 21. Cum videret Job, DEUM faciem suam abscondere, conjiciebat, se à DEO tanquam inimicum haberi. Christus verò in Eucharistia faciem suam abscondit, ut amicum se præberet. *Comedite amici, & bibite.* Cant. 5. 1. Dum faciem in hoc Sacramento Christus occultat, amorem suum reteggit. Seraphim velant DEI faciem, & pedes, II. 6. 2. Cur non alii Angeli? quia Seraphim amoris plenitudinem significat. Aloysius Novarinus Agn. Euch.

Verè tu es DEUS absconditus. II. 45. 15. Alii vertunt: *DEUS absconditum*, quia non unam tantum rem in Eucharistia abscondit, sed plures: scilicet Personam suam, opus, & modum. In his quoque tria discimus; in nobis virtuosè abscondit nostram personam, opera nostra, & bonorum operum intentionem. Did. Niss. *ferm.* in die Cinerum.

Nubes suscepit eum ab oculis eorum. Act. 1. 9. In hoc Ascensionis suæ triumpho, dum sub nube absconditur, quandam Eucharistia speciem exprimit: nubes enim candida est, dum Christus sub illa tegitur; seipsum representat obvelatum, & absconditum sub speciebus: acti gloria, & majestas Christi nequeat manifestari absque signis S. Eucharistia. Sylveira hic.

Manducamus panem Angelorum sub Sacramento in terris: eundem sine sacramento manifestius edemus in cœlis. S. Cyprianus de Cœna Dom.

Velatur nobis altitudo DEI, immensitas majestatis suæ: cujus calorem, & splendorem, mortalis infirmitas sustinere non posset; nisi mediatrix nubes imposita & ardorem temperet desuper, & tuam subtus te viam demonstrat. Drogo Ost. tr. de Cruce & Pass. Dom.

Abominabile esset, carnem humanam visibiliter comedere, & sanguinem bibere. Sed, sicut medicus cooperit pillulam hostiâ, nè personis delicatis sit fastidiosa; ita Christus medicus noster, cujus Caro est pillula salutis nostræ, cooperit, nè videatur. S. Vincent. Ferrer. *ferm.* 1. festo Corp. Chr.

Querit Albertus M. de Sacr. alt. 7. quare datur velatum Corpus Dominicum? Responso: prima ratio, indignitas pravorum, secunda, fides bonorum. Ut qui indignè sumunt, minus ex illo sumant exitium; & qui dignè communicant, cum fenore gratiæ amplioris id faciant; testum se utriusque permittit &c. Did. Niss.

Sabb. post Cin. §. 1.

## §. V.

In Eucharistia amor à Christo exhibetur.

Ex Veteri, & Novo.

Fructum suum dabit in tempore suo. Pl. 1. 3. Scilicet in Cœna mystica. *Non-dum venit hora mea.* Joan. 2. 4. *Sciens JESUS, quia venit hora ejus.* Joan. 13. 1. Tempus suum vocat, in qua eximiam charitatem ostentat: & se esse cibum, & convivam hominum, habet pro deliciis. De Arcones in II. 3. *Discurfu 5.*

*Osculetur me osculo oris sui.* Cant. 1. 1. Quenam, ô Domine, & DEUS meus; hæc sunt verba? ut ea vermiculus Creatori suo dicat? Quis, ô Rex meus! verbum hoc dicere audeat? nisi te concedente, & permittente. Quid est, DEUS bone! quod adeo miremur? an non potius est, opus ipsum admirari? an non sanctissimum Altaris Sacramentum accedimus? Cogitabam ipsa præterea; num forsân sponsa illam sibi fieri gratiam peteret, quam postea bis Christus præstitit; quando scilicet noster cibus factus est. Ex Conceptibus divini amoris c. 1. Comprehendit Eucharistia osculum, quò DEO unimur, ubera, quibus nutrimur; & unguenta fragrantia, quibus unguimur, & roboramur: quæ omnia expetit Sponsa, cum ait: *osculetur me &c.* de Ponte hic Exh. 15. In ultima Cœna instituens Eucharistiam pascebat, & cubabat cum Discipulis suis in meridie: quia in supremo æstu tribulationis exhibebat supremum amorem charitatis erga ipsos, *cum d. lexisset suos.* Joan. 13. 1. Vide de his pasuis Chrysof. hom. 60. ad pop. Antioch. & hom. 83. in Matth. Idem in Cant. 1. Exh. 8.

*Introduxit me in cellam vinariam &c.* Cant. 2. 4. Alij melius per cellam vinariam accipiunt Altare: in hoc enim Sacerdotes consecrant, hauriunt, & distribuunt, vinum Eucharisticum, putà sanguinem Christi. Ità Nyssenus hom. 4. Rupertus, & Paschasius. Cornelius hic.

*Ferculum fecit sibi Salomon.* Cant. 3. 9. interioriorem partem charitate constravit: ubi velut pro Symbolo amoris charitatem ignitam esse volunt, qui ex Hebræo transtulerunt: *& in medio ejus carbo ignitus.* Ferculum hoc, seu thronus, juxta Ambrosium, Bedam, Bernardum, Divinum est Sacramentum. Illud, *mediâ charitate constravit*, alij legunt: *medium ejus combustum, & ardens charitate.* Septuag. *medium ejus tenet incensus charitate propter filias Jerusalem;* hoc est, semetipsum DEUS, qui charitas est, in eo posuit. Incert. Auth.

*Quis mihi det. ut deosculer te.* Cant. 8. 1. Deosculer unita tibi in perceptione Carnis tuæ, & sanguinis; & jam non sumus duo, sed una caro. S. Amedeus hom. 1.

Ex Patribus, & aliis.

Magis amari voluit, quam timeri, qui panem vitæ se dedit ipsum, qui sanguinem suum in

poculum salutis effudit. S. Chryfologus ferm. 2.

O quàm mirabilis est dilectio tua Domine JESU! qui, antequam ascenderes ad cælum, misisti hominibus potestatem; ut te, qui velis, habeat in Altari: & tuo Corpori taliter nos in corporari voluisti; ut tecum unum cor, & unam animam, haberemus inseparabiliter colligatam. S. Laurent. Just. de incendio div. am. cap. 4.

Alta dies allegoricè diei potest fervens dilectio Christi: quâ sic ardentè dilexit nos; quod nobis in cibum tradidit semetipsum, ut in te per charitatem totaliter transformaret. S. Bernardinus Sen. t. 1. s. 53. a. 1.

Hoc Sacramentum est memoriale suæ dilectionis: quia *dilexit nos & lavit nos in sanguine suo* à peccatis nostris. Apoc. 1. 5. Solet uniusque homo, cum est in magno amoris fervore, ex vehementia dilectionis facere magna. In illo fervoris excessu, quando paratus erat pro nobis in mortem tradere vitam suam, ab excessu amoris majus opus agere coactus est, quàm unquam operatus fuit ab origine Mundi; dare nobis Corpus in cibum, & sanguinem suum in potum. Ideo in persona Christi ad Dominum Propheta ait: *Zelus domus tua comedit me.* Pl. 68. 10. id est, immensus animarum Zelus. & Zelans amor, me comestibilem fecit. Idem s. 4.

Tunc propemodum omnem vim amoris effudit amicis, antequam etiam ipse sicut aqua effunderetur pro inimicis. Guericus Abb. ferm. 1. de Ascens.

Monstruosum nimis gelicidium, si non fluat sicut cera cor tuum (loquitur de sumptione Eucharistiæ) & anima mea à facie hujus ignis. Qualiter defluebat, quæ dicebat in Canticis. c. 5. 6. *anima mea liquefacta est, ut dilectus locus est.* Jam habemus non vocem, sed præsentiam. Gerson tr. 9. sup. Magnif.

## §. VI.

*Eucharistia unis nos Christo Domino.*

**C**OQUES ex ea duodecim panes. Levit. 24. 5. Figura sunt Eucharistiæ, ut docent Hieronymus, Cyrillus Hieros. Damascenus, Hefychius, Rupertus. Sunt autem & figura Apostolorum; participatione Sacramenti ita DEO uniti, & conformati; ut & ipsi panes dicerentur. S. Cyrillus Alex. in Cat. Græc. ad Luc. 6. 20. panis siquidem de cælo descendens, & vitam dans Mundo, quisnam alius sit? præter omnium Salvatorem Christum. Ad imitationem autem ipsius panes appellati sunt beati Discipuli, consortes facti panis nutrientis nos in vitam æternam. Sylveira in Joan. 6. q. 41.

*Reversere.* Cant. 2. 17. Qui in cælos ascendisti, revertere; ut mihi sis cibus, & nutrimentum: quò arctius sis unitus mihi, & ego tibi. de Ponte hic Exh. 40. §. 1.

Propter te, dimisso Patre, ad te veni, ut tenerem te. Univi te mihi, atque conjunxi, dixi: me comede, bibe; & in cælo te habeo, & tibi in terra connector. Non tibi satis quòd

in cælo primitias tui habeo? non istud consoletur affectum? Rursus ad inferiora descendi: non utique commisceor tibi; sed connector, comedo, & in frusta concido; ut summatonjunctio, & commixtio, atque unio fiat. S. Chrysoth. hom. 15. in ep. 1. Timoth.

Non sufficit ipsi, hominem fieri, flagellis interim cædi; sed nos secum in unam, ut ita dicam, massam reducit. Neque id fide solum, sed re ipsa, nos Corpus suum efficit. Multæ matres post partum aliis nutricibus infantes dederunt; quod ipse facere noluit, sed proprio Corpore nos alit, & sibi conjungit, atque conglutinat. Idem hom. 83. in Matth. 26.

Dum in Sacramentis vino aqua miscetur, Christo fidelis populus incorporatur, & jungitur; & quædam ei copulâ perfectæ charitatis unitur; ut possit dicere cum Apostolo: *quis nos separabit à charitate Christi?* Rom. 8. 35. - Sicut ergo separari grana ab illius confecti panis adunatione non possunt; & sicut aqua ad propriam redire substantiam vino permixta non potest: sic & Fideles quique, atque sapientes, qui redemptos se Christi sanguine, & Passione, cognoscunt; ita debent quæ inseparabilia membra Capiti suo fidei conservatione, & ardentissimâ religione, sociari: ut ab eo non voluntate, non necessitate, se jundi; non ullâ terrenâ spei ambitione, non denique ipsâ possint morte divelli. Eusebius Emis. hom. 5. de Pascha.

Caro, & sanguis, Christi id efficiunt; ut nos in Christo, & Christus in nobis sit. S. Eligius hom. 8.

Hæc unio Christi, & perceptio Sacramenti, est figura unionis in patria. Nec mirum, si Filius DEI nunc tribuit nobis Corpus, & Sanguinem suum, in alimoniam gratiæ ad tempus; quibus post hanc vitam paratus est dare propriam Divinitatem in escam gloriæ in æternum. Dion. Carthuf. in Matth. 26.

## §. VII.

*Eucharistia est plena dulcibus deliciis.*

*Ex Veteri, & Novo.*

**D**E pomis cæli - de pomis fructuum solis, & lunæ. Deut. 33. 13. Non solum arbor, sed etiam cibus suavis in malo est. Ergo cibus suavis est Christus: cibus planè mentes hominum, & Angelorum, pacens. S. Ambros. Octon. 5. in Pl. 118. Ideo à Moysè vocatur *pomum cæli*: quia cælum ad terras secum detulit; & torrentem voluptatis, quæ in cæcicolas exundat, ad terram derivavit. Eucharistia fructus, & pomum est solis, & lunæ, hoc est, solis JESU, & MARIE lunæ, Arcones in Il. 3. Disc. 5.

*Afferre farinam.* 4. Reg. 4. 41. Si paululum farinæ, quam Eliseus misit in ollam carni, tanquam mortem amaram, satis fuit, ut nihil amaritudinis in olla remaneret; quomodo Panis ille cælestis non sufficere ad dulcorandam omnem vitam hujus amaritudinem. de Ponte Perf. Chr. tr. 4. c. 6. §. 1.

*Dedisti*

*Dedisti lætitiā in corde meo, à fructu frumenti, & vini.* Pl. 4. 7. 8. Data est lætitia in corde nostro ab illo tempore, quò accepimus frumentum in Corpore, vinum in sanguine. Et certè in corde dedisti lætitiā: nam in aliis conviviis in extimis labiis lætitiā apparet; & risus mentem, & cor, subire non potest. S. Ambrosius hic.

*Altaria tua Domine virtutum.* Pl. 83.

4. Optaverat sanctus peregrinus domum cœlestem: sed interim, dum ejus possessio differtur, consolatur se, quòd veludulum in terris invenit, Altaria nidelicet Domini sui. Nihil enim habemus in terris, quòd melius nobis repræsentet tabernaculum cœlestē, quàm sacrum Altare. Bellarminus hic.

*Comede in lætitiā panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum.* Ecclē 9. 7. id est, sume Eucharistiā cum gaudio, quòd ex munda conscientia profluit. de Ponte in Cant. 1. Exhort. 15. §. 3.

*Sub umbra illius.* Cant. 2. 3. Quis vestrum nesciat? quòd sit fructus ejus dulcis: expulit enim à nobis amaritudinem mortis, & vitæ æternæ dulcedinem indidit. Ubi tempus venit hujusmodi fructus edendi, accipiens panem, & vinum, *accipite*, inquit, *& comedite*. S. Rupertus hic. Fructus dulcis gutturi tam corporis, quàm animæ, est Eucharistia, quā nos Christus pascit. Itā Aponius, Rupertus, Bernardus, Sylveira hic.

*Fulcite me floribus.* Cant. 2. 5. Hebr. *Fulcite me in lagenis*, aut *vasis viteris*: Scilicet continentibus optimum vinum lactificans cor. Nonne lagena, & vas vini, Sacramentum istud, quòd sub speciebus panis, & vini, institutum est? Imò ipsæ species sunt lagena vini: nam cum Corpore CHRISTI continent ipsum sanguinem intrā venas, tanquam vinum in suo vase. De Ponte hic Exh. 38. §. 1.

*Deserviens uniuscujusque voluntati.* Sap. 16. 21. Ut quòd pius quisque velit, id latè sapiat manna Eucharisticum: poenitentibus enim sapit veniam, timentibus gratiam, amantibus lætitiā, omnibus piè agentibus bona reliqua. Quàm dulces piè sumentibus lacrymæ! quàm dulces affectus inter amplexus! quàm dulces gemitus inter voces! Velloso in Judith 5. Parænet. 34.

*Vincenti dabo manna calculum candidum.* Apoc. 2. 17. Gemmam albam lucidam. Manna significat inenarrabilem felicitatis dulcedinem. Rich. à S. Viç. In reprehensione Episcopi duo Nicolaitarum mala tetigit Dominus: *edere*, & *fornicari*. Et utrumque vincenti promittitur in præmium manna absconditum, Eucharistia; juxta Rupertum, Bedam, Albertum M. Nam vincenti gulæ concupiscentiam datur reffectio spiritualis Eucharistiæ; in qua sunt omnes spirituales deliciae, & suavitates. Sylveira hic. Optimè manna hoc sunt consolationes spirituales: quæ quasi congrua merces à Deo datur vincenti tum delicias, tentationes, & concupiscentiæ carnales; tum suum metum, &

pusillanimitatem, qualis erat hæc Episcopi Pargameni. Cornelius hic.

### Ex Patribus.

Panis iste Angelorum - omnium exuperat dulcedinum voluptates. S. Cyprianus de Cœna Domini.

Dum in hac vita sumus, ut terra nobis cœlum fiat, facit hoc mysterium. S. Chrysof. hom. 24. in 1. Corinth.

Promissionis terra Christi Caro est, ac delictibus divinæ gratiæ succis exuberans; cujus purissimo doctrinæ lacte alimur, & nutrimur. S. Gaudentius tr. de ordinatione sua.

Exhibuit se, ut tuæ sit peregrinationis comes, ignorantiaæ tuæ lux - de te lætetur, suis tecum delictis perfruatur, quemadmodum testatur: *delicia mea, esse cum filiis hominum*. Non quidem ut suas à filiis hominum caperet delicias; sed ut cum filiis hominum communiceet proprias. S. Laurentius Justin. de Eucharist.

O dulcis, & delectabilis cœna; dum Dilectus in mensa cordis suscipitur, dum amplexibus amoris adstringitur. Si enim delectatio est convenientis cum conveniente; quantam tibi putas delectationem adesse, quando Creator suæ conjungitur creaturæ ad similitudinem factæ; Pater pius amantissimæ filiæ, & sponsus dulcissimæ suæ sponsæ. S. Bonavent. serm. 84.

### §. VIII.

*In Eucharistia Christi Domini liberali magnificentia.*

### Ex Veteri.

*Pleraq; figuratè.*

**D***Et tibi DEUS de rore calti, de pinguedine terra.* Gen. 27. 28. Ros Christi Divinitas, pinguedo terræ Humanitas. Rorate cœli deluper. De Ponte in Cant. 1. Exh. 15. §. 3.

*Manè videbitis gloriam Domini.* Ex. 16. 7. *Et ecce gloria Domini apparuit.* v. 10. Quæ sit ejus gloria, indicat, v. 12. *Manè saturabimini panibus; scietis, quòd ego sum Dominus DEUS vester.* Arcones in II. 3. Disc. 6.

*Facies mensam de lignis Setim.* Ex. 25. 23. *Et ipsi labio coronam interrasilem.* v. 25. Præcipitur Moyli facere candelabrum aureum, ut luceret in templo v. 31. Mandavit fieri altare Ex. 27. 1. Et tamen nec in candelabro, nec in altari, sed solum mensæ vult imponi coronam. Candelabrum figura miraculorum, & doctrinæ Christi; Sacrificia, & altare, Crucifixi, At panes in mensa, figura Eucharistiæ. Rupertus lib. 4. in Ex. quæ est hæc mensa, nisi mensa Corporis, & sanguinis Domini. Sylveira in Joan. 6.

*Videns regina Saba: cibos mensæ ejus non habebat ultra spiritum.* 3. Reg. 10. 5. Regina Saba stupore affecta est, cum vidit cibos mensæ Salomonis: quid si vidisset hunc cibum mensæ

menſæ noſtri Salomonis? profecto non haberet ultra ſpiritum: cum in eo ipſe Salomon cum omni gloria ſua contineatur. de Ponte in Cant. 3. Exh. 37. §. 3.

*Pulli aquilæ lambunt ſanguinem.* Job 39. 30. Bene Chriſtus aquilæ comparatur propter ſanctiſſimum Communionem: lambunt Fideles ſanguinem de Calice. Aquila, licet ſit tantæ liberalitatis, quod eſcam ſuam communicet aliis avibus; non tamen propriam carnem, vel ſanguinem, corporis ſui communicat: quod utique Chriſtus facit. S. Bonaventura ſerm. 1. de Aſc. Dom.

*Dominus regit me &c.* Pf. 22. 1. Totus hic pſalmus ad laudes Eucharitiæ decantandus eſt totus; ut docent S. Ambroſ. l. 5. de Sac. c. 3. Theodoretus, Rupertus, Bellarminus, &c. Habet pro titulo: *in ſinem*; ſeu, ut alij vertunt, *triumphatori. Claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis.* Joan. 17. 22. Sylveira in Joan. 16. 20. q. 15.

*Vox Domini in magnificentia.* Pf. 28. 4. quæ ſit magnificentiſſimum Sacramentum Eucharitiæ. de Ponte in Cant. 2. Exh. 8. §. 1. Idem explicat S. Vincentius Ferr. Dom. Oculi. ſerm. 1.

*Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos.* Pf. 98. 2. Nam in monte Sion perfecit myſteria, nimirum ſui Corporis, & ſanguinis: & inde contritii ſunt omnes, qui diſ dicebantur. Heſichius hic.

*Conſiteantur Domino miſericordia ejus quia ſalvavit animam inanem, & animam eſtremam ſatiavit bonis.* Pf. 106. 8. 9. Alpeixit hujus Mundi creationem vates regius, & ad DEum pro tanto opere laudandum convocat omnes creaturas: *Benedicite Domino omnia opera ejus.* Pf. 102. 22. Ibidem pro Incarnatione: *Benedicite Domino omnes angeli ejus.* v. 20. Sed cum ad Eucharitiæ vertit Sermonem; ad celebrandum tantum opus, ipſam DEI Miſericordiam invitat: *Conſiteantur Domino Miſericordia ejus.* In aliis Dei operibus creaturæ aliquid valent dicere: at Eucharitiæ Sacramentum tam ſublime, & mirabile eſt; ut non jam creaturæ, ſed ſola DEI Miſericordia, quæ ſui amoris tam excellens invenit Sacramentum, illud poterit explicare. Sylveira in Joan. 6. q. 4.

*Memoriam fecit mirabilia ſuorum.* Pf. 110. 4. In præparatione, & diſpoſitione, & ordinatione, iſtius benedicti Panis, ſcilicet Sacramenti Eucharitiæ, DEus tot, & tanta, mirabilia incluſit; quod in ipſo videtur quaſi omnium mirabilem, quæ ab initio Mundi fecit, memoriam renovâſſe. S. Thom. Aqu. Opus. 20. de Euch. c. 1.

*Oleum effuſum nomen tuum.* Cant. 1. 2. Si à me quæras, quod eſt nomen Chriſti contentum in Eucharitiâ? aptè reſponderem: *Oleum effuſum nomen ejus*: quia inſignia olei ibi liberaliter exercet. Hic verus eſt Samaritanus oleo medicinali vulnera animæ curans. Nutrit animam, ut in bono proficiat: à fructu frumenti &c. Pf. 4. 8. & Pf. 103. 15. Ungit

tanquam pugiles: impinguaſti caput meum &c. Pf. 22. 5. Mos erat antiquis, in conviviis capita convivarum oleo, ſeu unguento pretioſo, ungere in ſignum amoris, & lætitiæ. *Oleo caput meum non unxiſti.* Luc. 7. 46. de Ponte in Cant. 1. Exhort. 3. §. 1.

*Introduxiſti me Rex in cellaria ſua.* Cant. 1. 4. Et v. 11. *dum eſſet Rex in accubitu ſuo.* Et: *introduxiſti me Rex in cellam vinariam.* Cant. 2. 4. Cur potius in his, quam in aliis, Regem dicit? Hic cogitabat Chriſtum in Eucharitiâ, juxta S. Ambroſium lib. 5. de Sacram. S. Gregorium Nyſſ. hom. 4. Philonem Carpath. &c. Sylveira in Joan. 6. q. 6.

*Videte Regem Salomonem in diademate.* Cant. 3. 11. Anima pia Chriſtum in Eucharitiâ diademate, id eſt, ſpeciebus panis, coronatum intuetur, ſuſcipit, ſibiſque unit, & deſponſat. In Eucharitiâ enim celebratur CHRISTI, & animæ, nuptiale convivium, ait Theodoretus, & Aponius. Cornelius hic.

*Pone menſam, contemplare in ſpecula comedentes, & bibentes. Surgite principes.* If. 21. 5. Dicitur per eum (Prophetam) ad omnes Credentes; ut comedentes, & bibentes, Corpus, & Sanguinem Domini vertantur in Principes Eccleſiæ. S. Hieron. hic.

*Erubeſcet luna, & confundetur ſol; cum regnaverit Dominus.* If. 24. 23. Nimirum propter beneficia, quæ nobis in Eucharitiâ confert, plura, & majora, quam ſol, & luna. Incert. Auth.

*Comedite bonum &c.* If. 55. 2. Panis Eucharitiæ antonomatiſtice dicitur bonus, ſive bonum. Hugo Card. in Pf. 21.

*Quid bonum ejus eſt? & quid pulchrum ejus? niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Zachar. 9. 17. Planè ad literam frumentum hoc, & vinum, Eucharitiâ. Dicitur Bonum, & Bonitas Chriſti: quia ſummâ bonitate ſummum Bonum, ſcilicet ſeipſum, quantus, quantus eſt; totam Divinitatem, & Humanitatem, nobis communicat. Cornelius hic.

### Ex Novo.

*Accipit Jeſus panem.* Matth. 26. 26. Qui prudentior eſt, quærat à quo accipiens? Deo dante accipit; & dat eis, qui digni ſunt accipere Panem. Origenes hom. 35. in Matth. *Omnia dedit ei Pater in manus*, ut nobis communicaret: *de plenitudine ejus accepimus omnes.* Dona DEI non ſiſtunt in uno, ſed ad plures derivantur. Nota: *manus* dicit in plurali, non manum, vel digitos: declarans magnificentiſſimam ſuam in Eucharitiâ liberalitatem. Sylveira hic p. 13.

*Venit homo quidam dives ab Arimathæa.* Matth. 27. 57. Verè dives Joſeph: utramque enim ſubſtantiam à Pilato dono acceperat: verè dives; ſiquidem margaritam illam, quæ omnem pretii æſtimationem excedit, ſecum aſportare promeruerat. - Quomodo is dives non dicitur qui

qui Mundi vitam, & salutem, adeptus fuerat? Quomodo Joseph verè dives non erat, qui illum dono acceperat, qui omnes nutrit, omniumque absolutò imperiò dominatur? S. Epiphanius orat. de Dom. Sepult. apud Baezam t. 1. l. 1. c. 3.

*Cœnaculum magnum stratum.* Luc. 22. 12. Mirabile est, Dominum JESUM in stabulo voluisse nasci, & in præsepio reclinari, & in monte Calvariae, locò scilicet infimò, in cruce mori, & in angusto sepulchro sepeliri; ac denique, dum vixit, dicebat: *vulpes foveas habent* &c. Matth. 22. 12. Cœnam verò magnam Eucharistiae in cœnaculo grandi strato apparare. In quo singularem magnificentiam, quâ erga homines utebatur, voluit ostendere. Diez Dom. 2. Pent. Conc. 2.

*Et manifestavit gloriam suam.* Joan. 2. 11. Cur dicitur hic manifestasse gloriam suam? quia hoc miraculum CHRISTI Eucharistiam adumbravit: in ea enim mirabilia potentiae, & gloriae suae eis apparent, dum nobis summe benefacit. Sylveira hic q. 33.

*Non Moyses dat vobis panem de caelo, sed Pater meus dat.* Joan. 6. 32. Dicendum videtur, non Moyses dedit, sed Pater dat. Cur ita? Illa opera munificentiae sunt digna DEO, quae non finiuntur tempore, sed quotidie continuantur. Baeza t. 3. lib. 14. c. 10. §. 8.

*Caro mea verè est cibus.* Joan. 6. 56. Cur non meminit quoque animae, & Divinitatis suae? In hoc Sacramento, ut docet Concilium Tridentinum Sess. 13. cap. 3. sub specie panis continetur Corpus Christi ex vi verborum; sanguis verò, anima, & Divinitas, ac tota Trinitas, per concomitantiam. Solum de Corpore, & sanguine, facit mentionem tanquam magnificus princeps in suis donis; in quibus minora solet publicare, majora tacere. Sylveira hic q. 27.

*Dominus JESUS, in qua nocte iradebatur, accepit panem.* 1. Cor. 11. 23. Paulus, qui millies JESUM nominat, contentus hoc sacrum nomen exprimere sine aliò titulò; ubi ad caeleste convivium accedit, statim ait, *Dominus JESUS.* Cur modo præcipue dicitur *Dominus JESUS*? Sic regius apparet in convivio, ut nequeat sine honore compellari. Baeza t. 3. l. 14. c. 10. §. 25.

### Ex Patribus, & aliis.

Hic sanguis facit, ut imago in nobis regia floreat: hic sanguis pulchritudinem, atque nobilitatem animae, quam semper irrigat, & nutrit, languescere non sinit. S. Chrysostr. hom. 45. in Joan.

Quis melior thesaurus in corde hominis esse potest, quam Corpus Domini nostri JESU CHRISTI, humilii devotione susceptum? S. Bernardinus Sen. serm. 54. de Cœna Dom.

Hic est ultimus, & supremus gradus largitatis divinae. Nam primus est, quò largi-

*Polyanth. Sac. Tom. I.*

tur sua: *omnia subiecisti sub pedibus eius*: Secundus gradus, quò largitur suos, id est, Angelos: tertius, quò largitur se nobis. Idem t. 2. serm. 54.

Non unum aliquod invenitur vocabulum, quò tantum Sacramentum dignè valeat appellare; nisi quòd Græcè dicitur *Eucharistia*, quòd exponitur, *Bona gratia*. Innocent. III. de Sac. alt. myst.

O felices nuptiae, ubi omnes convivantur Reges! ubi ferculum mensae impositum est omnino bonum: & ubi Minister est summum bonum. Et propterea dicitur Apoc. 19. 9. qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. S. Bonaventura serm. 32. Dom. 2. Epiph.

Ad instructionem hujus convivii quasi omnes cataractae caeli aperiuntur. Quis Fidelium dubitet, inquit Gregorius, in ipsa immolationis hora caelos aperi, & imis caelestia jungi? *Rorate caeli desuper!* Il. 45. 8. Hodie mellisui facti sunt caeli, canit Ecclesia. Joan. Gerson tr. 9. sup. Magnif.

Quærit Algerus lib. 3. de Sac. cap. 4. cur CHRISTUS Eucharistiam instituerit sub humilibus speciebus? Resp. in Sacramentalibus speciebus non quæsit dignitatem, sed aptitudinem. Ut omnes tantò beneficiò gaudeant, ut vitæ panis cunctorum usus, & esui, sit expositus; sub rerum nec magnarum, nec pretiosarum, sed passim obviarum, & quæ parvò haberi possunt, speciebus instituit. Majorem enim rationem utilitatis nostræ, quàm propriae majestatis, habuit. Didac. Niss. ser. 6. Dom. 3. Quadrag. §. 5.

### §. IX.

*Eucharistia est victoriosa, confortat.*

#### Ex Veteri.

*Pleraq; figuratè.*

*Manè quoq; ros jacuit per circuitum castrorum.* Ex. 16. 13. Quia piè militantibus vires addit cibus Eucharisticus. Velloso in Judith 5. Paræn. 32.

*In hoc scietis, quòd Dominus DEUS disperdet in conspectu vestro Chananeum &c.* Jos. 3. 10. *Ecce arca fœderis Domini omnis terra antecedit vos per Jordanem.* v. 11. *Parasti in conspectu meo mensam adversus omnes, qui tribulant me.* Ps. 22. 5. Qui sunt isti, qui nos tribulant? suggestiones inimici, exagitationes, cupiditates, delectationes, sæculi honores. Isti tribulant: quia hujusmodi, qui ita vivunt, tribulationes carnis habent. Sed veniunt ad mensam Potentis; & ex mensa præparata proficiunt contra eos, qui tribulant eos. Naxera hic §. 19.

*Jericho clausa erat, atq; munita timore filiorum Israel.* Jos. 6. 1. Quæ causa timoris Jerichuntinis? textus indicat: *fecerunt Phasè quartâ decimâ die mensis.* Jos. 5. 10. Glossa moralis: per Phasè figuratum fuit Sacrificium Eucharistiae. En terroris causa, Eucharistiae umbra. Idem hic §. 5.

Yyy

Ecce

*Ecce Dagon jacebat pronus in terra ante Arcam Domini.* 1. Reg. 5. 3. Non minus corruit olim Dagon coram Arca contritus, quam nunc diabolus coram Sanctissima Eucharistia. Mendoza hic.

*Corvi quos deferebant panem ei.* 3. Reg. 17. 6. Cùm ministraret Elia corvus, epulum quotidie comedeat, & quotidie famebat: verum cùm eidem panem attulit Angelus 3. Reg. 19. 7. adeo reficitur; ut quadraginta diebus ambularet in fortitudine cibi illius. Unde merito Christus, qui non temporalem refectioem, sed æternam hominibus meditat, cavit; nè animal, nè Angelus, sed ipse DEUS, acciperet hunc Panem communicandum: Bæza t. 1. l. 3. c. 8. §. 16. Quoties apparuerunt Angeli sanctis Patribus timore percussis, mox ab eorum cordibus timorem expellebant. *Noli timere Abraham.* Gen. 15. 1. Jacobo: *noli timere descendere in Ægyptum.* Gen. 46. 3. Josue: *noli timere.* c. 1. 9. Gedeoni: *pax tecum; nè timeas.* Jud. 6. 23. Zachariæ: nè timeas. Luc. 1. 13. *Joseph fili David noli timere.* Matth. 1. 20. *Nè timeas Maria.* Luc. 1. 30. Cùm autem Elias timore perterritus fugeret à facie Jezabel; Angelus ei apparens non dicit, noli timere, Præferebat Angelus Panem, Sacra Eucharistia typum: per quem DEUS nos modo defendit. Et ideo supervacaneum Angelus judicat, *noli timere.* Sylveira in Joan. 6. 9. 44. Apparet fugienti Angelus, cibum præbet; & tamen timorem de corde non excutit: quia in corde Prophetæ magna erat custodia fortitudinis. S. Gregorius hom. 14. in Ezech. Dicitur de Elia, quod cùm sub umbra juniperi obdormisset, Angelus Domini pane confortavit. Sub umbra juniperi dormit, qui in fide Dominicæ Passionis requiescit. Hic autem Angelicò patrociniò excitatus ad devotam sumptionem hujus Sacramenti, illud comedit &c. S. Bernardinus Sen. t. 2. serm. 54.

*Annonam de celo.* Judith 5. 15. Addo, manna è celo missum in castra. Ex. 16. 13. Num. 11. 9. quia pie militantibus vires addit cibus Eucharisticus. Velloso hic Paracet. 32.

*Imposuit (Judith) Abra sua asceperam vini - & potentiam - & panes &c.* Judith. 10. 5. Dum contra Holofernem egreditur, quæ arma defert? nulla, præter Mundum muliebrem, & cibum legalem: nam ad dæmonem jugulandum, requiritur cultus non corporis, sed mentis; cibus item Eucharisticus. Mendoza in 1. Reg. 5. 1. Annot. 17.

*Pone me Domine juxta te; & cujusvis manus pugnet contra me.* Job. 17. 3. Si Sanctus Job modò juxta DEum esset; universum Mundum non formidabat, qui toties DEum intrà se habet in Communione, quam fortitudinem habeat, æquum est. Diez Conc. 1. in festo Corp. Christi.

*Parasti in conspectu mensam adversus omnes, qui tribulant me.* Pl. 22. 5. Qui sunt illi, qui nos tribulant? suggestiones inimici, exagitationes, cupiditates, delectationes, Sæculi

honores. Illi tribulant: quia hujusmodi, qui ita vivunt, tribulationes carnis habent. Sed veniunt ad mensam Potentis; & ex mensa præparata proficiunt contra eos, qui tribulant eos. S. Chrysost. hic apud Naxera in Jos. 3. §. 19.

*Proposuit mensam.* Prov. 9. 2. Quando seipsum in altaris Sacramento manducandum dedit. *Misit ancillas,* v. 3. id est, Prædicatores; *ut vocarent ad artem,* id est, Sacramentum Corporis CHRISTI; quod est contra inimicos munimen. Hugo Card. in Pl. 22.

*Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium.* Is. 25. 6. Si exercituum Dominus, cur operam dat convivio? quid Marti cum deliciis? An non aptius Dominus exercituum armamentarium faceret? Sanè convivium Eucharisticum armamentarium est, roborans Fideles contra principes tenebrarum. Salmeron t. 9. tr. 2. dicitur, hoc convivium instructum à Domino exercituum: quia pro exercitibus Ecclesiæ militantis corroborandis, & contra malignorum Spirituum exercitus confirmandis, instructum est. Priusquam Israelitæ manna reficerentur, cum hostibus pugnare non audebant; Angeli pro ipsis certabant. Phærao Hebræos persequitur; Angelus Domini ejus curru everit. Ex. 14. 25. At postquam manna refecti sunt; ipsi audaciores facti, quiescentibus Angelis, præliati sunt. Ex. 17. 11. Antequam Panis cælestis consequamur annonam, & carnis Agni immaculati satiemur; tanquam parvuli sub procuratoribus, & actoribus, agimus: Ubi autem militiæ cælestis Sacramenta gustavimus, & Pane vitæ refecti sumus; audi, quomodo per Apostolicam tubam excitemur ad prælium. Origenes hom. 6. in Judic. Esobar t. 6. Parab. Chr. 1. 5. sect. 3. obs. 5. Sed cur inter epulas pacificas DEUS tanquam bellator, *Dominus exercituum* vocatur? Quia ex hac mensa acerrimè contra diabolum configit. Mendoza in 1. Reg. 5. 1. Annot. 16.

*Et ecce sex viri.* Ezech. 9. 2. Accedunt viri militari ad Arcam, & umbram Eucharistia, quod videt Ezechiel: *& unusquisq; vas interfectionis habebat in manu sua.* Sciebat Christus, epulum Eucharisticum contra omnem mortis metum præfens amuletum esse: hinc non prius agit de sevitia hominum, de laniena carnicum; quàm Sacramentum Eucharistia intingat. Incert. Auth.

*Hæc est mensa coram Domino.* Ezech. 41. 22. *Et fabrefacta Cherubim, & palma, & palma inter Cherub, & Cherub, duasq; facies habebat Cherub; faciem hominis juxta palmam ex hac parte, & faciem leonis juxta palmam ex alia parte.* v. 18. Per hanc mensam S. Hieronymus intelligit Eucharistiam. Sed tantum duas, inquit S. Hieronymus, facies habebat Cherub, hominis, & leonis; quorum primum ad rationem pertinet, sequens ad furorem. Futuro

Furorem autem dicimus, non eum, qui perturbationi, & vitio, proximus est; sed qui mentis consolidat molliciem, & fortio rem facit animum dimicantis. Tanquam leones ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles. S. Chrysol. hom. 61. ad pop. Ant. Arcones in II. 3. Disc. 2.

*Elephantis ostenderunt sanguinem urinae, & mori; ad acuendos eos in praelio.* 1. Machab. 6. 34. Hôc artificiô utitur hodie Ecclesia; dum ad nos roborandos in praelio, pretiosissimum sanguinem, & mortem Christi, ante oculos nobis proponit. Unde de Joseph ab Arimathia dicit Joannes 19. 38. *quod esset Discipulus JESU; occultus autem propter merum Judaeorum.* Postquam autem sacratissimum sanguinem ab illo effundi perspexisset, tam magnanimiti erat peccatoris, ut de illo dicat S. Marcus 15. 43. *Audacter intravit ad Pilatum, & petiit Corpus JESU.*

### Ex Patribus, & aliis.

Mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit, & accendit. S. Cyprianus ep. 54.

Gravior nunc, & fortior, pugna imminet; ad quam virtute robustâ parare se debent milites Christi considerantes; idcirco se quotidie Calicem sanguinis Christi bibere, ut possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere. Idem ep. 55.

Idoneus non potest esse ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad praelium. Mens deficit &c. Idem antè Citatus.

Hæc est annona præstantium, de horreis inventa Dominicis, unde pascuntur Angeli. S. Augustinus in Pl. 143.

Cum hoc Pane saginamur, serpens tabescit. S. Paulinus ep. 9.

In remedium humanæ infirmitatis hoc suum Verbi clementia instituit Sacramentum. S. Laurentius Justin, de triumph. ag. Ch. cap. 4.

Tenetur adversarius, cum Christiani labia CHRISTI videt cruore rubentia. Agnoscit enim præstò suæ perditionis judicium; & divinæ victoriæ, quâ captivatus est, & obrutus, non tolerat instrumentum. Petrus Damiani. ep. 19.

Alphonfus Octavus Rex Castellæ A. 1212. die 16. Julij cum suis militibus V. Eucharistiæ Sacramentò armatus, Archi-Episcopò Toletano Crucis vexillum præferente, ducenta millia Saracenorum cecidit, quinque duntaxat, & viginti è suis desideratis. Doultreman de amore I. I. cap. 4.

### Eucharistia illuminat, docet.

*Cum ingrederetur Moyses &c.* Num. 7. 89. B. Thomas Morus, teste Stapletonio in vita, cum negotium aliquod arduum tractandum erat, sumebat Sacram Synaxim: ut ex ea, quasi ex Oraculo, dirigeretur ad id; ex DEI lege, & mente, fideliter persciendum. Cornelus hic.

Polyanib. Sacr. Tom. I.

*Sumens Tobias de felle piscis.* Tob. 11. 13. Hoc Sacramentum est fel piscis, quò Tobias illuminabatur. Et merito quidem hoc Sacramentum in felle mysticè demonstratur; cum in eo Passionis amaritudo rememoretur. Piscis autem, in quo existit hoc fel, est ipse Filius DEI Christus; qui in mari magno, & spatiofo amaritudinum, & dolorum, ab exordio suæ Conceptionis immorans usque ad littora Paterni sinis per acerbissimam mortem jactatus est. S. Bernardinus Sen. t. 1. ferm. 54. a. 1.

*Cibavit illum pane vitæ, & intellectus.* Eccl. 15. 3.

*Aperi sunt oculi eorum, & cognoverunt eum.* Luc. 24. 31.

*Erant omnes docibiles DEI.* Joan. 6. 45. Totus sermo est de Eucharistia, eoque in se credentes, ac eum in Sacramento comedentes, docibiles; seu doctos, vocat: quia hòc divinò Sacramento maxime illuminatur intellectus; ut intelligat, quæ salutis, & Dei sunt. S. Cyrillus Alex. l. 3. de ador. postquam comedimus Panem in conspectu Dei, meliora tum sentire, tum loqui, didicimus. Sylveira hic.

*In qua nocte tradebatur.* 1. Cor. 11. 23. Fuit institutum in nocte: per virtutem enim hujus Sacramenti anima illuminatur. *Nox illuminatio mea.* Pl. 138. 11. S. Thom. Aqu. hic.

Quid mihi opus est sole, & lunâ, & istis miraculis? ipsò Dominò cunctorum apud me habitante, & permanente, quid mihi opus est cæteris? ipse mihi erit sol, ipse lumen. S. Chrysol. hom. 27.

Eucharistiam Panem sapientiæ vocat. S. Bernardus de Natura, & Dignitate, amoris, cap. 13.

### §. XI.

*Eucharistia est antidotum contra vitia, & venas omnes.*

### Ex Veteri, & Novo.

*A Filio subtegemus usq; ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt.* Gen. 14. 23. Unde tanta spoliolorum nausea? *Melchisedech - proferens panem, & vinum - benedixit ei.* v. 18. Scelus esset, si epotò Calice Domini aliquid præter Dominum suturemus. Oliva ser. 3. Dom. 1.

*In cunctis diis Egypti faciam judicium.* Ex. 12. 12. Noctè illâ, quâ agnum abituri Judæi comederunt, idola omnia, quæ ab Egyptiis colebantur, divinitus ceciderunt: id quod refert Abulensis, explicans illa verba: *in cunctis diis &c.* Quia, ut volunt Hebræi, omnia idola Egyptiorum illâ nocte subito putrefacta, & incinerata fuere; metallica resoluta, lapidea in pulverem comminuta.

*Elige viros, & egressum pugna contra Amalecitas.* Ex. 17. 9. Bibit de petra populus; & statim bellum iniit contra Amalec. Videte fratres, quia postquam quis de Petra biberit, id est, Christi Sacramenta susceperit; necesse est illum ad pugnam procedere, Quisquis ergo

Yyy 2

ergo Christo conjungitur, non ad delicias, non ad voluptates, sed ad prælium præparetur. S. August. serm. 93. de temp.

Steterunt aquæ descendentes in loco uno. Jos. 3. 16. Steterunt aquæ contra naturam; cum sint fluidæ. Lyranus. Cur fluvius prolabi desistit? quia manna arca, alveo recepta, cogit nobiliter degenerare naturam, constantiam undis induit, frangat impetus, solidat fluctus. Naxera hic §. 32.

*Fasciculus myrrha dilectus meus mihi.* Cant. 1. 12. Devota sumptio Sacramenti valet ad resistendum cogitationibus pravis: myrrha siquidem servat corpora illæsa. Quia dilectum Dominum suscipimus sicut fasciculum myrrhæ; eò quod Passionem ejus ad memoriam revocamus. S. Bernardus t. 2. serm. 55.

*Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terra.* Jer. 1. 14. Sed mandat Deus Moyli: *mensa stabit in parte aquilonis.* Ex. 26. 35. Apud Eucharistica mensa ad frigidum aquilonem præparatur. Sylveira in Matth. 23.

*Vivent triticò - quid mihi ultra idola?* Osee 14. 8. 9.

*Si tetigero tantum vestimentum ejus.* Matth. 9. 21. Audiant Christiani, qui quotidie Corpus Christi attingunt; quantum de ipso Corpore fumere possunt medicinam; quando mulier totam rapuit de sola Christi simbria sanitatem. S. Chrysologus serm. 34.

### Ex Patribus, & aliis.

Quam præclarus est Calix iste! quam religiosa est hujus potus ebrietas! per quam excedimus Deo; & quæ retro sunt obliti, ad anteriora extendimur, non habentes sensum hujus Mundi; sed divites purpurati delicias contemnescentes cruci hæremus, sanguinem fugimus, & intra ipsa Salvatoris nostri vulnera figimus linguam. S. Cyprianus de Cœna Dom.

Si quis vestrum non tam sæpe modò, non tam acerbos sentit iracundiæ motus, invidiæ, luxuriæ, aut cæcerorum hujusmodi; gratias agat Corpori, & sanguini Domini: quoniam virtus sacramenti operatur in eo. S. Bernardus serm. 1. in Cœna Dom.

Ex hujus sumptione devota, cessant odia, contentiones sopiuntur. S. Laurentius Just. in festo Corp. Chr.

Contingere potest, quòd tantâ devotione mens per sumptionem Sacramenti in Domino absorbeatur; quòd ab omnibus venialibus expurgeretur, ac perfectè configuretur solari claritati dulcissimi Jesu Christi. S. Bernardus Sen. t. 1. serm. 54. art. 2.

### §. XII.

*Eucharistia est amulecum castitatis.*

*Mortua est Rachel, & sepulta est in via, qua ducit Ephrasam. Hæc est Bethlehem.* Gen. 43. 19. Quid Bethlehem, nisi domus panis? Apud domum Panis ardentissimi moriuntur, & sepeliuntur, amores. Escobar t. 3. Colloq. Chr. p. 2. Obl. 3.

*Apparuit minutum - in similitudinem pruinæ super terram.* Ex. 16. 14. Panis ce-

lestis in similitudinem pruinæ, rorisque, apparebat: quia Corpus Domini a fervore prævæ concupiscentiæ refrigerat. S. Thom. Aqu. Opusc. 56. c. 6.

*Vivent triticò.* Osee 14. 8. & v. 6. *ero quasi ros.* De priore versu Glossa Ordinaria: *vivent triticò*, id est, Corpore, & sanguine Domini. De secundo S. Hieronymus: *ero eis quasi ros*; ut fornacem Babylonicam, & caminum æstuantis incendij, in eò rore reslinguam. Si in medio fornacis Mundi fueris projectus; vive hoc triticò. Non angelus, sed ipse Dominus descendet ad tuum pectus, & excutiet flammam ignis de fornace. Arcones in ll. 1. Disc. 1.

*Quid bonum ejus? - germinans virginem.* Zach. 9. 17. id est, castos immortales. Virgo enim immortalis vitæ est Symbolum, ait Hieronymus Prado in Ezech. 15.

*Tetigit simbriam vestimenti.* Matth. 9. 20. Mulier illa Evangelica felici furto attingit simbriam JESU, & statim stetit in ea fluxus sanguinis, fluxus carnalis illecebræ. Gilbertus serm. 1. in Cant.

*Ut cognovit, quòd accubisset.* Luc. 7. 37. Cognitio, seu meditatio, JESU accubentis in mensa Eucharistica, sufficit; ut impudica Magdalena nuntium remittat voluptati. Escobar t. 3. Colloq. Chr. hic Obl. 3. p. 2.

*Quanti mercenarii abundans panibus.* Luc. 15. 17. Vel sola recordatio paterni panis eum domum reducit, & à luxuria revocat. Eucharistia vel in umbra solum exterminat luxuriam, de Castillo Illat. 152.

*Caro mea verè est cibus.* Joan. 6. 56. Mira inter Eucharistiam, & castitatem, concordia. S. August. in Ps. 98. de carne Mariæ carnem accepit, & ipsam carnem nobis manducandam dedit. Et de Assump. 3. Virg. Caro CHRISTI caro est MARIE. Ex Matre Virgine Corpus, & Sanguinem, assumpsit. Et quia ex Matre Virgine hæc nobis contulit; ad virginitatem, & castitatem, nos allicit. Idem Illat. 141. Qui amat hanc carnem, non est amicus suæ carnis; & qui in hunc sanguinem est affectus, mundus erit à sensibili sanguine. S. Gregor. Nyss. hom. 8. in Ecclesiasten.

### §. XIII.

*Eucharistia renovat, sanctificat, auget gratiam, &c.*

### Ex Veteri.

*Mensis hic principium mensium.* Ex. 12. 2. Antiqui, cum ad mensam alicujus magni viri, ac principis, admitterentur, nasci se dicebant. Hinc illud Statii 4. Sylv. qui dum mensæ Domitiani fuisset adhibitus, ait: hæc ævi mihi prima dies, hæc limina vitæ. Veritas id de Eucharistia Pane vitæ. Gaudentius in Ex. serm. 1. tunc audiunt: *mensis hic &c.* tunc utique; quando liberati de Ægypto hoc verum manna comedemus, & de Petra ista Christo bibemus, adherentes agni immaculatæ vestigiis. Novarinus Agn. Euch.

Quid.

*Quidquid tetigerit carnes ejus, sanctificabitur.* Levit. 6. 27. id est, aliquo modo sanctum habebitur; ut non possit, nisi certâ præmissâ carniâ, ad usum profanum rursus converteri: ut si vellet esset, deberet lavari prius. Cornelius hic.

*Intrabo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat juventutem meam.* Pf. 42. 2. Erat nempe cor vetustum, priusquam emitteret lucem suam. Recreavit te in tabernaculis Ecclesiæ, detractâ pelle vetustâ peccati, destititibus plumis ad calorem Aultri, consula ad portam Christum in abstinentia curvitate nimia rostri. Job. 39. 26. Gerson tr. 9. super Magnif. De posuisti peccatorum senectutem, sumpsi gratiâ juventutem: hoc tibi præstiterunt Sacramenta cœlestia. *Renovabitur ut aquila juvenis tua.* Pf. 102. 5. Bona aquila esse cœpisti, quæ cœlum petis, terrena fastidis. Bonæ aquilæ citra altare: ubi enim corpus, ibi & aquilæ. Corpus Christi est in altari; aquilæ vos estis renovatæ ablutione delicti. S. Ambros. de Sacram. l. 4. cap. 2.

*Panem angelorum manducavit homo.* Pf. 77. 25. Si panis Angelorum est, quomodo homini datur? Hugo Cardin. in Prov. 31. talis cibus datus est hominibus, ut fiant Angeli.

*Ecce tu pulchra es amica mea.* Cant. 1. 14. Septuag. *proxima mea.* Hebr. *commensalis mea.*

*In manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Is. 6. 6. Theodoretus ait: his verbis significari participationem Corporis, & sanguinis Domini. Eam de carbone Eucharistico cor Isaiæ flammam charitatis concepit, ut divinis obsequiis se prorsus addiderit. Naxera in Appendiculo de Euchar. Isaias optans se jungeri Seraphinis in laude Dei, calculo hęc charitatis inflammari debuit; simulque per eum quasi consecrari non tantum Propheta, sed & Evangelista, & Apostolus: perinde ac Apostoli consecrati sunt per igneas linguas in Pentecoste Act. 2. 3. Hic autem carbo est Eucharistia, quæ ab omni peccato nos purgat, roborat, & inflammat: ut tanquam leones ignem spirantes ab illa mensâ recedamus facti diabolo terribiles, ait Sanctus Chrysostomus hom. 61. ad populum. Itâ S. Justinianus in resp. ad q. 44. Cornelius hic in Isaiam.

*Deus in se veniet, & salvabit nos.* Is. 35. 4. Scilicet, ut ait Guilielmus Pepinus serm. 2. in festo Corp. Chr. veniet Dominus in Sacramento altaris. Quid addit? *tunc saliet sicut cæcus claudus.* v. 6. id est, saliet peccator de vitis ad virtutes, de Mundo ad cœlum. Novarinus Agn. Euch.

### Ex Patribus, & aliis.

Cibus sum grandium; cresce, & manducabis me: nec tu me, in te mutabis, sicut cibum carnis tuæ; sed tu mutaberis in me. S. August. Confess. l. 7. c. 10.

Inter Dominicæ mensæ convivas animalis homo non admittitur: quidquid caro, & sanguis

dicat, ab hoc cœtu excluditur. S. Cyprianus de Cœna Dom.

Verus ad sacra percipienda accessus id accedentibus tribuit, ut ex communione divina ad Dei similitudinem, atque consortium transeant. S. Dionysius l. de Eccl. Hierarch. c. 3.

Eucharistia vim maximam habet perficiendæ sanctitatis. Idem ibidem c. 2.

Sub specie panis datur tibi Corpus, & sub specie vini datur Sanguis: ut sumptò Corpore, & Sanguine Christi efficiaris ei comparticeps Corporis, & Sanguinis. Sic Christoferi erimus, hoc est, CHRISTUM ferentes; cum ejus Corpus, & Sanguinem, in membra nostra receperimus. S. Cyrillus Jerof. Catech. myltag. 4.

Per hujus Sacramenti virtutem universæ virtutes augentur, & omnium gratiarum fructus exuberant. Per Crucis mysterium eripuit nos à potestate peccati; per Eucharistiæ Sacramentum liberat nos à voluntate peccandi. Innocentius P. III. l. 4. de Sacrament. Alt. cap. 4.

Plus augmentatur quis in sanctitate vitæ, & gratiâ spirituali, dignâ unâ Communionem, quàm unius hebdomadæ afflictione in pane, & aquâ. Sanctus Vincentius Ferr. Dom. 18. Trinitatis.

### §. XIV.

#### Eucharistia beatam, ac suavem facit mortem.

*Non sepelias me in Ægypto.* Gen. 47. 29. Patres antiqui morituri ambiebant sepeliri in Palestina. Cur? illis terræ finibus beati viri jam medullitus aggliscabant; quam interioribus oculis jam videbant pretiosò Dominici Corporis sanguine purpurari. S. Petrus Dam. serm. de transl. S. Hilarij. q. d. credebant ossa riganda desiccò sanguine esse in vitam, & resurrectionem fovenda. Bæza t. 1. l. 3. cap. 8. §. 29.

*Melius est, ut incidam in manus Domini.* 2. Reg. 24. 14. Cur præ reliquis pœnis elegit mortem? S. Cyrillus Alex. l. 3. de justis. in Christo; à manè igitur, id est, à primis hujus sæculi temporibus, mors depasta est eos, qui in terra erant, usque ad horam prandij, hoc est, usque ad tempus mensæ. Ubi enim advenit nobis sanctæ mensæ tempus, nimirum illius in Christo, ac mysticæ; in quo pane reficimur illò cœlestis datò: quæ prius terribilis erat mors, cessavit. Bæza citatus.

*Mors in olla.* 4. Reg. 4. 40. Mors ex olla Prophetarum, injectâ farinâ, depulsa est; omnisque ejus amaritudo in suavissimum saporem transijt. Mors amara est, & fructus in suavissimum pomi illius ab Eva decerpti quò, in novissimo præsertim vitæ, obtupestunt dentes nostri. Verùm per Eucharistiæ sumpcionem, quæ per modum Viarici nobis præbetur, mortis ipsius amaritudo in dulcedinem, gaudiumque, vertitur. Doultreman l. 1. c. 14. Sect. 8.

*Si dimisero eos jejunos.* Marci 8. 3. Non vult Iesus eos dimittere jejunos, ne deficiant in via. Periclitatur ergo, qui sine caelesti pane ad optatam mansionem pervenire festinat. Sanctus Hieronymus in Matth. 15. apud Sylveira hic.

*Nunc dimittis.* Luc. 2. 29. Quidni dimittatur in pace, qui Christum Domini habet in pectore? ipse enim est pax nostra. S. Bernardus ferm. de Purif. B. Virg.

*Ad cenam nuptiarum Agni.* Apoc. 19. 9. Per hanc intelligunt Cyrillus, Theophylactus, Eucharistiam ideo; quia in fine Mundi, seu vite Christi, instituta. S. Bernardus Dom. 14. Pent. cena ad leniendum horrorem mortis, quem illa excludit. Sylveira hic.

Si quis egreditur è Mundo, si quis è carcere vincitorum domo dimittitur, ut ad regnandum vadat; sumat Iesum in manibus suis, & circumdet eum brachijs suis; totum habeat in sinu: & tunc exultans ire poterit, quò desiderat. Origenes hom. 15. in Luc.

Illud est Viaticum nostri itineris; quò in hac via vitæ alimur, ac nutrimur, donec ad ipsam pergamus de hoc Sæculo. S. Gaudentius tr. 2. in Exod.

Qui nobis ita familiaris dignaris esse in vita; quòd à nobis tractaris, consecraris, manducaris; noli nobis alienus esse in morte; sed parce nobis in die mala. Guarricus ferm. 5. in Purif. B. Virg.

Caro Christi est Viaticum, spiritus vehiculum: ipse est cibus, ipse currus Israel, & auriga ejus. Idem ferm. 1. in Resurrect.

*Varia de bonis, quæ Eucharistia adfert.*

Quemadmodum qui est à terra panis, percipiens invocationem Dei, jam non communis panis est, sed Eucharistia, ex duabus rebus constans terrenâ, & caelesti; sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam jam non sunt corruptibilia, ipem resurrectionis habentia. S. Irenæus adv. hæres. l. 4. c. 34.

Eucharistia bona gratia interpretatur. Et quid melius Corpore, & Sanguine, Christi? S. Isidorus l. 6. c. 19.

Bonus Pastor, qui animam suam dat pro ovibus suis. Animam pro illis, Carnem illis: illam in precium, istam in cibum. Res mira! ipse pascea, est, ipse, redemptio. S. Bernardus ferm. 31. in Cant.

Hæc unio Christi & perceptio Sacramenti, figura est futuræ unionis in patria. Nec mirum, si Filius Dei nunc tribuit nobis Corpus, & sanguinem suum, in alimoniam gratiæ ad tempus, quibus post hanc vitam paratus est dare propriam divinitatem in escam gloriæ in æternum. Instituit Sacramentum hoc 1. ob suæ Passionis perpetuam recordationem. 2. ob suæ eximie charitatis indicium. 3. propter Ecclesiæ consolationem: ut Dominum suum haberet sub Sacramento, quem modò non habet visibili modò. 4. propter nostram subventionem: ut purgemur

virtute hujus Sacramenti à vitijs, gratiâ impinguemur, in via confortemur, ad gloriam perducamur. Quidquid enim cibus corporalis facit in carne manducantis, hoc efficit cibus iste spiritalis in anima communicantis. Dionysius Carni. in Matth. 26.

§. XV.

*Preparatio ad Eucharistiam in genere. Ex Veteri.*

*Surge, & perambula terram in longitudine, & latitudine sua: quia tibi datus sum eam.* Gen. 13. 17. S. Chryostomus hom. 37. in Gen. surge, & circumi; & dicte tam longitudine, quam latitudinem: ut possis scire & magnitudinem terræ, quâ fruiturus es; & antequam fruaris, spe passus magnam inde voluptatem haurias. Eucharistia terra promissionis. Sed prius meditatione perambula, & vide, quid accipiturus sis. Didacus Nisi. Polit. Cael. p. 1. l. 9. c. 2.

*Misere; sed in platea manebimus.* Gen. 19. 2. S. Thomas Aqu. *misere* supple, nisi nos amplius compellas. Non enim erat dignus eos accipere, & habere, nisi tanta ejus esset charitas, quòd compelleret eos. Si Loth post tam demissam humilitatem, postquam liberalem hospitalitatem, indignus est, cujus domum subeant Angeli: quantus amor, quanta mundities animæ, requiritur, ut Angelorum Dominum excipiamus. Idem ibidem c. 3.

*Ibimus viam trium dierum.* Ex. 3. 18. Via trium dierum est via fidei, spei, & charitatis: via contritionis, confessionis, & satisfactionis; quibus præparamus nos, & tendimus ad sacrificium Eucharistiæ. Cornelius hic.

*Non comedetis ex eo crudum quid.* Ex. 12. 9. Crudum cibum manducat, qui nullam circa illum dispositionem, aut præparationem, præmittit. Abulensis in Matth. 26.

*Renes vestros accingetis.* Ex. 12. 11. Carnis lumbos castitatis funiculò accingat, sequè devotionis affectu componat, virtutum se ornent gemmis; quisquis ad sanctum accedit altare divina suscepturus mysteria. Paolenti Dom. 2. Pent.

*Assum igni.* Ibidem. Jubet eos edere carnes aslas igni: eò quòd oporteat eos esse inflammatos Spiritu, qui volunt ad Communionem Christi accedere. S. Cyrillus Alex. lib. 2. in Exod.

*Mane quoque ros jacuit per circuitum castrorum.* Ex. 16. 13. Rose prius in terram missò mappam quodammodo explicabat Angelus, ut Hebræus panem exciperet. Quò igitur ore, quâ mente, affectu, & puritate, sumendus ipse DEUS? Velloso in Judith c. Pa. ræn. 39.

*Sanctifica illos hodie, & cras; laventque vestimenta sua: & sint parati in die tertiam: die enim tertiam descendet Dominus coram omni plebe.* Ex. 19. 10. Si illi jubentur se parare hodie, & cras, ut tertiam die

Dominum in nube excipiant, ejusque verba audiant; nos quanto magis hodie, & eras, preparare debemus, ut Christum intra nos recipiamus? Sylveira in Matth. 6.

*Operuit nubes montem, & habitavit gloria Domini super Sinai, regens illum nube sex diebus: septimo autem die vocavit eum de medio caliginis.* Ex. 24. 15. 16. Cur non statim primo die illum vocavit? Resp. Ut ab humano consortio separatus totos sex dies ad divinum colloquium se prepararet. Quod si ad alloquendum non tam ipsum DEum, quam Angelum, tanta preparatio necessaria; quanta, obsecro, non modo ad alloquendum, sed etiam amplectendum ipsum DEum in Eucharistia exigetur? Mendoza in 1. Reg. 3.

*Quando sederis, ut comedas cum principe, diligenter attende, que apposita sunt.* Prov. 23. 1. S. Augustinus tr. 47. & 48. Chrysostomus in Pl. 22. per mensam hanc accipiunt Eucharistiam. In Eucharistia autem summa requiritur consideratio; ut tanti epuli, cibique dignitatem, & pretium æstimes, revereris, colas, & adores, ut par est. Cornelius hic.

*Candor est lucis æternæ.* Sap. 7. 26. quantum ad Divinitatem: ideo Hostia est rotunda; quod significat aternitatem DEI. *Et speculum sine macula.* quantum ad animam: ideo Hostia debet esse purissima, & alba. *Et imago bonitatis DEI.* quantum ad Corpus; per quod complevit suam bonitatem in opere redemptionis. Si dignè volumus communicare, habeamus candorem lucis æternæ per veram fidem; speculum sine macula per castitatem; imaginem bonitatis per firmam amicitiam. S. Vincentius Ferr. serm. 1. in Festo Corporis Christi.

### Ex Novo.

*Ipsè vobis demonstrabit cœnaculum grande stratum.* Marci 14. 15. Græcè, & Syriacè, *paratum.* Hieronymus, *mundatam.*

*Reliquit me solam ministrare.* Luc. 10. 40. Quomodo se solam dicit Martha, cum habeat ancillas? Jansenius in Concordia: demonstravit, se revereri Dominum, cui dignè excipiendo tota esset intenta; nihil satis esse putans. Cogitabat Martha secum, supremam majestatem domo exceperisse: & ideo ad tantum hospitem omnem sedulitatem, pompam, apparatus, ministros, exigua esse putat. Et ideo forem quoque tanto ministerio exigit. Sylveira hic.

*Ciò proferte stolam primam.* Luc. 15. 22. De filio prodigo prius vestiendo cogitat pater, quam cibando. Stola prima signat gratiam, annulus bona opera, calceamenta humilitatem. Idem in Joan. 6. q. 15.

*Operamini cibum.* Joan. 6. 27. An hic facer cibum conficiendus ab hominibus? Docet, nè ad hanc escam edendam accedamus, quin illum prius bonis operibus promereamur. Idem ibidem q. 2.

Mundet se compunctionis, & lacrymarum lavacro; carnis lumbos castitatis funiculò accin-

gat; sicque Dominicæ memor Passionis quisque ad sanctum accedat altare divina suscepturus mysteria. S. Laurentius Just. de casto conubio.

Verè humanâ voce explicari non potest, cum quanta devotione confici, cum quanta cautela dispensari, cum quanta reverentia suscipi, debeat Corpus Christi. Blesensis ep. ad Richardum Episc. London.

### §. XVI.

*Eucharistiam accede mundus, cum gratia &c.*

### Ex Veteri.

*Lignum etiam vitæ.* Gen. 2. 9. Lignum vitæ meritò dicitur Corpus Domini in Eucharistia: est enim vivorum, ut loquuntur Patres: scilicet à foliis vivis ritè suscipitur; quod significatur verbò *manducare* toties à Christo repetitò. Quippe cum manducare, & bibere, actiones sint vivorum, non mortuorum: ideo, ut ritè hoc Sacramentum suscipiatur, necesse est, ut suscipiens in se habeat vitam gratiæ; manducet, & bibat, Corpus, ac sanguinem Domini. Fernandus hic c. 2. Sect. 4.

*Affer am paxillum aque; & lava te pedes vestros, & requiesce sub arborè; ponamq; buccellam panis.* Gen. 18. 4. 5. Angelis accepturis Christi Corporis figuram, pedum ablutio in dicitur. Licet angelicam habeas puritatem; æquum erit te amplius lavari. Efcobar t. 3. Colloq. Chr. Sect. 2. Obl. 7.

*Laventq; vestimenta sua.* Ex. 19. 10. Si Deus præcepit filijs Israel, ut lavarent vestimenta sua ad suscipiendam Legem; quanto major puritas requiritur ad suscipiendum in se, ipsum Legislatorem? Stella in Luc. 2.

*Deserviens uniuscujusq; voluntati, ad quod quisq; volebat, convertebatur.* Sap. 16. 21. Deserviens uniuscujusque voluntati existenti de numero bonorum: nam malis insipidus erat cibus. Lyranus. Unde dicebant: *anima nostra jam nauscat super cibo isto levissimo.* Num. 21. 5. Naxera in Jos. 12. Appendic. de Euchar. §. 10.

*Mundamini, qui fertis vasa Domini.* II. 52. 11. Quanto mundiores esse oportet, qui in manibus, & in corpore, portant Christum, Blesensis ep. ad Richardum.

*In quibus nulla esset macula.* Dan. 1. 4. Si regi Nabuchodonosor assistebant adolecentuli, in quibus non erat macula; multò magis qui ad Deum accedit, debet esse sine macula. S. Chrysost. in Pl. 14.

*Eccè ego mittam vobis sumentum, & vinum; & replebit in eo.* Joel. 2. 19. Caro, aut sanguis, sine oleò Spiritus Sancti non prodest nobis; imò magis officit. Ideo quisquis rectè vult communicare, sic vivat necesse est, ut templum Spiritus sancti semper esse queat. S. Paschafius l. de Corp. & Sangu. Domini. In eodem cœnaculo, in quo celebrata Eucharistici Agni mensa fuit, etiam Spiritus Sanctus in linguis igneis in Apostolos se demisit: ut disceremus; qui Christi domicilium est, debere etiam esse

esse Spiritus Sancti. Guilielmus Pepinus in Ex. 12.

*Cogitavit de altari holocaustorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret?* 1. Machab. 4. 44. &c. Ipsos etiam lapides altaris, quòd à Gentibus fuerat profanatum, quando iam nefas erat in eo hostias adolere, eò quòd idolorum sacrificijs pollutum esset; præcepit Judas Machabæus in loco mundo collocari, donec surgeret propheta, qui, consultò Deò, quid de his lapidibus faciendum esset, ostenderet. Si Deus adeò puritatis amator est, ut altaris sui lapides sacrificiò idolorum maculatos, in mundo loco reponi voluit; quantam à nobis puritatem exigit, ut sacratissimum Corpus suum suscipiamus. Diez. Eucharistia.

### Ex Novo.

*Involvitur illud in Sindone munda.* Matth. 27. 59. Non ponendus est Christus in sindone munda, & in monumento novo: quia Panis vitæ non est recipiendus nisi conscientia mundâ, & corde sincero. Blesensis ep. 86. Cùm Passiõnis tempore nobilis ille Senator immaculatâ, mundâque sindone involvens Domini Corpus in novo, & purò monumento posuit; commone-mur, ut sacrosanctum Domini Corpus purâ conscientia suscipiamus. S. Gregorius Nyss. de perfect. Christiani. Non fortuitò scriptum est, quoniam involvit Corpus in sindone munda, & posuit in monumento novo: quia omnia, quæ sunt circa Corpus Jesu, munda sunt, & nova, & omnia magna valde. Origenes in Catena S. Thomæ.

*Occurret vobis homo lagenam aque bajulans.* Marci 14. 13. Per hanc aquam intelligit S. Ambr. in Luc. 22. Baptismum. Baptismalis innocentia requiritur ad Eucharistiam suscipiendam. Sylveira c. 4. in Matth. 26.

*Ave gratia plena, Dominus tecum.* Luc. 1. 28. Si Deus jam in Virgine, cur à Deo ad eam mittitur angelus? S. Chrysológus serm. 143. ergo erat cum Virgine, qui ad Virginem miserat? præcessit nuntium suum Deus. Ad dignam Eucharistia sumptionem debet in nobis Deus præexistere per gratiam: ita ut in nobis Deus sit prævia dispositio ad ipsum Deum sanctè, & reverenter suscipiendum. de Castillo Illat. 34.

*Postquam consuevit matri sunt dies.* Luc. 2. 22. Virgo purissima, cùm inspiceret, se brachijs Sanctum Sanctorum portare, voluit purificari: ut nos doceret; quòd anima licet sancta, & pura, ut ad Deum accedat, magis, ac magis preparari, ac mundari debeat. Blesensis serm. de Purif. B. Virg.

*Si non laveris te.* Joan. 13. 8. Genuinè ad literam: si te non laveris, non habebis partem mecum, id est, si obstinatè persistas in inobedientia, non habebis partem mecum, id est, non communicabis mecum in mensa Eucharistica; à sacra Synaxi te excludam, non habebis te familiarem, at mensæ sacrae socium &c. Cornelius hic.

*Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet: sed est mundus totus.* Jo. 13. 10.

Qui mundus est totus, cur adhuc indiget lavare pedes? quia ad Eucharistiam recipiendam tota mundities adhuc iadiget purgatione. Escobar t. 3. Colloqu. Chr. Observ. 7. hic. Nota: quòd priusquam Dominus duceret Discipulos ad Thabor, non laverit eorum pedes; sed ante institutionem Eucharistia: quia major puritas requiritur ad eam accedenti, quàm quâdam gloria specie fruenti. Sylveira hic q. 26.

*Et arcam testamenti circumstitam ex omni parte aurò, in qua urna aurea habens manna.* Hebr. 9. 4.

*Vidi sanctam civitatem.* Apoc. 21. 2. Civitas sancta tota aurea est, muros habet aureos, aureas habet plateas. In hac civitate Christus non habitat in lato. Siste ergo gradum: si aurò fulges, accede confidenter; digna es sedes Domini. Sanctus Hieronymus in Psal. 133.

Post transitum maris rubri Marthæ fontis amaritudine per ligni gratiam temperatâ, agnoscimus (Patres veteres) esse mundatos: deinde duodecim fontium potu; postremò spirituale undam petra vomentis irriguò. Unde & manna manducaverunt: ut toties abluti manducarent panem, ut scriptum est, Angelorum. S. Ambrosius Octavo. 16. in Pl. 118. 3.

Quâ igitur re non oportet mundiorum esse eum, qui hòc sacrificiò participatus est? quos radios non deberet excedere manus illa, quæ hanc coronam pertractat? os, quod igne impletur spirituali? lingua, quæ cruentatur hòc admirabili sanguine? Veniat tibi in mentem, quò sis honore honoratus, quâ mensa fruaris &c. Sanct. Chrysol. hom. 83. in Matth.

§. XVII.

*Ad Eucharistiam accede panisem, contritus.*

### Ex Veteri.

*Lavate pedes vestros.* Gen. 18. 4. id est, affectiones per contritionem, & confessionem; & requiescite sub arbore Crucis; ut possitis dignè sumere buccellam Panis Eucharistici, Broymard. Passio Christi.

*Pone azymos cum lactucis agrestibus.* Ex. 12. 8. Hebr. cum amaritudinibus, seu cum amaris herbis. Abulensis hic: fiebat autem hoc ad significandam amaritudinem, de qua tunc exierunt. Lactuca agrestes valde amarae sunt: carnes ergo agni cum lactucis agrestibus sunt edendæ; ut, cum corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus. S. Gregorius hom. 22. in Evangelia.

*Tenentes baculos in manibus.* Ex. 12. 11. Baculus significat justitiam, quâ debemus nos de nostris excessibus judicare ante Communionem. S. Thomas Aqu. Opusc. 18. c. 16.

*Cumq; descenderes nocte ros super castra, descendebat pariter man.* Num. 11. 9. Ante Eucharistia sumptionem anima nostra perfundatur rore lacrymarum, ut anima hac aquâ purificetur. Sylveira in Joan. 6.

Ingr.

*Ingressusq; eis Jordanem &c.* Joſue 3. 15. Sicut tranſiit prior Hebræorum, quò duce Moſe tranſierunt mare rubrum, repræſentat Baptiſmum: ſic poſterior, quò duce Joſue tranſierunt Jordanem, figurat Pœnitentiam. Et ſicut Hebræi poſt tranſitum Jordanis celebrârunt Paſcha; ſic poſt Pœnitentiam ſumitur Euchariftia. Præterea Jordanis Hebræicè idem eſt, quod *fluuius judæiſj*. Talis eſt Pœnitentia, in qua pœnitens eſt accuſator ſui, & Sacerdos judex. Sicut Jordanis converſus eſt retroſum, ſic pœnitens vitam commutat. Sicut Hebræi tranſitò Jordane cum Chananaeis bella geſſerunt, donec ijs expulſis terram poſſederunt; ſic & nos poſt mutationem vitæ aſſidue cum vitis conſtigamus neceſſe eſt. Cornelius in Joſ. 4. 25.

*Da mihi paululum aque in vaſe, ut bibam.* 3. Reg. 7. 10. Dein ait: *affer mihi obſecro, & buccellam panis in manu tua.* v. 11. Priùs aquam, tum panem petit. Idem ibidem q. 8.

Joſias noluit fieri Phaſe, niſi priùs Judæa purgaretur ab idololatria. 4. Reg. 23. 21.

*Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.* Cant. 5. 1. Per amicos, & chariſſimos, S. Gregorius, & alij, accipiunt quotlibet Fideles, & juſtos; qui hîc invitantur à Chriſto ad Euchariftiæ Synaxim. Illa enim ſuò ſpirituâli gultu, & dulcedine, quaſi inebriat animam; ut omnium oblita non niſi Chriſtum cogitet, & amet. Sed ante hanc vini, mellisque in Euchariftia degultationem oportet præmittere myrrham, id eſt, mortificationem, pœnitentiam, confeſſionem peccatorum. Hinc præmiſit dicens: *miſſi miſſi myrrham.* Ità Nyſſenus, Philo, Rupertus, apud Cornelium hic.

*Convertentur ſedentes in umbra ejus; vivent triticò.* Oſeæ 14. 8. Primò convertentur, ſcilicet à via ſua mala. Poſt converſionem, & confeſſionem, ſedebunt ſub umbra ejus. Chaldaeus: *habitant in umbra Chriſti ſui.* Tunc autem *vivent triticò*, id eſt, vitam ſuam ſpiritualem nutriant, & proficiant, de Ponte in Cant. 2. Exhort. 28. § 1.

### Ex Novo.

*Cùm natus eſſet Jeſus in Bethlehem Juda.* Matth. 2. 1. Bethlehem interpretatur *domus panis*: Judæa autem *conſiſſio*. Fiat igitur, ut nos nunc per Confeſſionem firmus domus panis ſpirituâlis. Theophylactus in Matth.

*Curavit languidos eorum.* Matth. 14. 14. Obſerva, quòd cùm daturus eſſet panes benedictionis Diſcipulis, ut apponerent turbis, ſanavit egrotos; ut ſani participes fierent panum benedictionis. Non enim poſſunt, qui adhuc egrotant, capere panes benedictionis. Origenes in Matth. 14.

*Involvitur illud in ſindone munda.* Matth. 27. 58. Ubi Chriſta: Sindone munda involvit Jeſum, qui mundo corde ſuſcipit. Inde mos Eccleſiæ manavit, ut purâ, ſimplicique ſindone, ſeu lineò pannò, ſacra Hoſtia excipiatur. Quia ſicut linum lavari, torqueri, ac ſiccari, ſolet; ita per aquam *Polyanth. Sacr. Tom. I.*

lacrymarum corda mundari, per opera pœnitentiæ torqueri, per fervorem charitatis à carnalium deſideriorum humore ſiccari, debeat, ut Chriſti Corpus excipere mereatur. Doultreman l. 1. cap. 4. Per opera pœnitentiæ debes torqueri, per fervorem divini amoris à carnalium deſideriorum humore deſiccari. S. Bernardinus ſerm. 57.

*Miſereor ſuper turbam.* Marci 8. 2. Non ſolum ægris ſanitatem contulit; ſed etiam turbam pane, & piſcibus, in ſolitudine pavit Dominus. Vult Chriſtus paſcere, quos curavit: priùs auferit infirmitates, ut poſtea ſanis offerat cibos. S. Hieronymus in Matth.

Bethlehem factus es, dignus planè ſuſceptione Dominicâ: ſi tamen confeſſio non deſuerit. Sanct. Bernardus ſerm. 1. in vigil. Nat. Dom.

### §. XVIII.

*Euchariftiam indignè ſumentes.*

### Ex Veteri.

*Miſit eum Dominus Deus de paradifo voluptatis.* Gen. 3. 23. Conſidera cum timore, & tremore: ſi à paradifo terreſtri primores parentes divinò imperiò expulſi ſunt; nè fortè in eo remanentes ſumerent de ligno vitæ, qui erant indigni peccatores: quis non timeat mortuus in peccato ad ſumendum vitæ panem, Deum vivum, accedere ad altare Dei? Fernandus hic.

*Ubi eſt Abel frater tuus?* Gen. 4. 9. Hoc dicitur cuiſlibet accipienti Euchariftiam. q. d. vide, quomodo cuſtodis. Sed reſpondet Cain fratricida: *reſpo. nunquid &c.* q. d. non eſt mihi tanti, ut velim eum cuſtodire. Sed quid dicit Dominus? *vox ſanguinis fratris tui clamat.* id eſt, veniam petit pro peccatore; eò quòd indignè ſumpſit. Hugo Card. hic.

*Rex Salem.* Gen. 14. 18. id eſt, pacis. Symbolum juſtitiae, & miſericordiæ Chriſti. Communiter Patres docent, Salem fuiſſe eandem civitatem, quæ poſtea dicta Jeruſalem. Chriſtus in Euchariftia indignè ſumptus, rex juſtitiae; dignè, rex pacis. Corn. hic.

*Manus non tanges eum (montem) ſed lapidibus opprimetur - ſive jumentum fuerit, ſive homo.* Ex. 19. 13. Beſtia, quæ montem teligiſſet, in quo Deus Moſi loquebatur, lapidibus obrui jubetur. Et non magis lapidandus, qui ad Sacram Euchariftiam ferinis moribus accedit. Novarinus Agn. Euchar.

*Et mortuus eſt.* 1. Paralip. 13. 10. Hic intuentium, quantum delinquit, qui ad Corpus Domini indignus accedit; ſi ille morte mulctatur, qui arcam Domini, Corporis figuram, minorî, quàm debuit, veneratione teigit. Hugo Card. hic.

*Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum.* Pf. 68. 23. De indigna Communionem accipit hæc S. Thomas opul. 20. de Sac. Euchar. cap. 6.

*Eſcam dedit ſumentibus ſe.* Pf. 110. 5. Non offendentibus, non ad iracundiam provocantibus &c. Mendoza in 1. Reg. 3.

*Vir quoque unus in medio eorum erat - & atramentarium scriptoris ad renes ejus.* Ezech. 9. 2. S. Paschasius l. de Corp. & Sangu. Dom. c. 8. Virum, qui erat indutus lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis, Christum intelligimus. Habet atramentarium ad renes suos, ut omnium peccata describat, & Sanctorum à peccatoribus numerum segreget; maxime dum ad altare veniunt.

Si Dominus Daniel. 5. 3. injuriam vasorum ultus est contra Balthazarem regem, in quibus sanguis tantum hircorum, & arietum, fundebatur: quâ, quæso, pœnâ in eos animadvertet, qui calicis sui sanguinem, & Corpus, impurò corde susceperint? Diez Eucharistia.

### Ex Novo.

*Quomodo huc intrasti, nos habens vestem nuptialem?* Matth. 22. 12. Hoc illis specialiter videtur dicere, qui ad Christi Corporis, & sanguinis Sacramentum, indignè accedunt. Eusebius Emis. D. 22. Pent. Sane hic imparatus ad Eucharisticam cœnam ingressus fuerat: quod crimen tantum est, ut nullo possit prætextu celari, aut imminui. Origenes tr. 20. in Matth. Villicus ille Luc. 16. 3. quando ab illo Dominus rationes poscit; quando malè acta vita eum accusat, invenit, unde in angustia respiret. Sed ille hospes sine veste nuptiali obmutuit. Discrimen: homo, dum cæterorum beneficiorum rationes poscit; verbò, aut factò utcuque se purgare potest de incuria, vel malitia. Verùm Eucharistia, cum sit gratiarum Dei suprema, ita obruit hominem suâ magnitudine, ut nec verbò, nec factò, aliquam suæ ignaviæ excusatiunculam adferre possit. Didacus Niss. D. 2. Pent. §. 2.

*Vae homini illi, per quem Filius hominis tradetur.* Marci 14. 21. Et hodie quoque, & in æternum, vae illi homini, qui ad mensum Domini malignus accedit. Et ille enim, in exemplum Judæ, Filium hominis tradit, non quidem Judæis peccatoribus; sed tamen peccatoribus: membris videlicet suis, quibus illud inæstimabile Dominici Corporis, & Sanguinis Sacramentum temperare præsumit. V. Beda l. 4. c. 14. in Joan.

*Manus tradentis me hæc im est in mensa.* Luc. 22. 21. Ità sæpe conqueri potest in hoc Sacramento Christus. *v. 48. Juda, osculo filium hominis tradis?* Gerson tr. 9. sup. Magnif.

*Hunc Pater signavit Deus.* Joan. 6. 27. Ly hunc ad panem refert Rupertus, qui ait: hunc cibum signavit Deus, hoc est, à communibus cibis distinxit: ut, cum alios communes bonis, à malis fecerit, solum hunc panem, hunc cibum, nunquam dare voluit, nisi dignis, id est, operantibus opus Dei.

*Ex vobis unus diabolus est.* Jo. 6. 71. Cur Judas à Christo vocatur diabolus, non recedentes. Quia gravior indigna, quàm nulla communio. Sanct. Chrysol. hom. 83. in Matth. dico horribile quoddam, atque tremendum: non est ita malum, demoniacos intrâ Ecclesiam esse, sicut istos.

*Quicumque manducaverit - indignè.* 1. Cor. 11. 27. hoc est: eandem pœnam dabit, quod supplicium luent ij, qui Christum cruci offerunt: quemadmodum enim ij jugulatores rei sunt sanguinis; ita & hi, qui indignè mysterijs participant. S. Chrysol. orat. de non contemnenda Ecclesia.

### Ex Patribus, & aliis.

Ingens nobis indicitur bene vivendi necessitas, ne Corpus Domini, vel indignè sumendo, sumamus judicium; vel sumere cessando; nihilominus incurramus periculum. Necessario quippe sumendus est Agnus, ut à vastante angelo protegamur. Innocentius P. III. c. 42. de Sacro Alt. myst.

Certus sit, quia ultores Angeli nec semel indignè communicanti parcerent; nisi Bonitas Christi, in cujus judicio pendent omnia; & cui commissum est, ut signum ponat in frontibus suoribus; & gladium suspenderet, & removeret momentaneam mortem. Christo totum debemus adferre. S. Paschasius l. de Corp. & Sangu. Dom. cap. 8.

Sumentes indignè præceteris delicta graviora committunt, & pertinaciores in malo, atque ad emendationem vitæ tardiores sunt. S. Laur. Just. l. de Corp. Christi.

Semel pretio traditus est in carne; sed miles in Sacramento. Dies una suæ perituit ludibria Passionis; quodidè verò ab infidelibus ministris super mensam Altaris. S. Laurentius Just. l. de callo connub. c. 24.

O quantum peccatum reputares, si Corpus Christi cani dares. Et certè, tu luxuriose, tu invide, tu avaro, fordior es quòvis cane. S. Bonaventura l. 5. D. 2. Quadr.

Tales sunt focij Judæ proditoris, de quo in Joanne 13. 27. legitur: *post buccellam introivit in eum Satanas*: nam & antè in eum intravit. Sed quia Corpus Christi indignè accepit, magis possedit eum diabolus. Dionysius Carthus. leam. quomodo communicandum.

Christus D. nec cum hoc Sacramento promisit Jo. 6. 32. neque cum instituit Matth. 26. 26. ullas pœnas, aut minas, indignè communicantibus decrevit. Ratio facile potest inveniri. Ut significaret, hoc sacrilegium adeò atrox, ut nemini deberet in memoriam venire; à nemine, tanquam possibile, judicari. Quò pacto Solon apud Athenienses, teste M. Tullio pro Amerino, nullam statuit pœnam in parricidas: ut ostenderet; hoc facinus esse adeò infandum, ut nè in mentem quidem cuiquam mortalium venire debuisset. Quòd si talis culpa cogitari ut possibilibus videri non debebat; quis debitam illi pœnam excogitabit? Certè Sanct. Paulus gravissimas assignat. 1. Cor. 11. 27. *reus erit Corporis, & Sanguinis Domini.* Mendoza in 1. Reg. 3.

*Appendix precedentis paragraphi*  
*Mors est malis, vita bonis.*

*Putabam me stare &c.* Gen. 41. 17. Quis non miretur, in iisdem herbarum pascuis, & in iisdem aquarum fluentis, faginari boves quosdam, alias emaciari? Mendoza in 1. Reg. 3.

Nilus Ægyptiis sanguis, Hæbreis potabilis. Ex. 7. 20.

Armenta Ægyptiorum pereunt, falvis Israelitarum. Ex. 9. 4. Id.

Manna, quod à malis servabatur, multis vermibus scatebat; bonis nectar erat. Ex. 16. 20.

Erat manna quasi semen coriandri album. Ex. 16. 31. Ea natura coriandri est, ut homines fanet, serpentes necet. Plinius 1. 20. c. 20.

Panes propositionis dicuntur in Hebræo: *panes facierum*. Ex. 25. 30. quòd duas nimirum facies habuerint; non sine mysteriò: ut Christus D. in Eucharistico pane duplicem habere faciem significetur: unam amabilem, quæ bonos fanet Pl. 20. 7. *laxificabis eum in gaudio cum vultu suo*. Et Pl. 66. 2. *illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri*. Alteram terribilem, quæ malos perdit, juxta illud Pl. 20. 10. *pones eos, ut cibatum ignis, in tempore vultus tui*; & Pl. 33. 17. *vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum*. Mendoza cit.

Arca Israëlitas animabat, Philisthæos occidebat. 1. Reg. 5. 2. Sicut columna nubis excoecabat Ægyptios, illuminabat Hebræos. Ex. 14. 20.

Caminus Babylonicus justis tribuebat refrigeria, injustis movebat incendia. Dan 3. 22.

Sic Christus alijs est in *rumam*, alijs in *resurrectionem*. Luc. 2. 34.

### §. XIX.

*Ad Eucharistiam accede castus, sine impunitate carnali.*

**E**T *azymos panes cum lactucis agrestibus*. Ex. 12. 8. Quòd dicit azyma cum amaritudine manducandum; docuit, neminem posse sine tristitiâ carnis sinceram vitam ducere. Amaritudo videtur jejunium, & omnis abstinentia carnalium deliciarum. Sed Pascha Domini non aliter celebratur; sed sinceritatis azyma aliter non editur. S. Gaudentius tr. 7. in Ex.

*Renes vestros accingetis*. Ex. 12. 11. Agnum nostrum comesturi renes nostros accingamus; id est, delectationes noxias, & carnalium desideriorum fluxa, restringamus. S. Eligius hom. 14. *Renes praeingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coardamus*. S. Gregorius. Oportet nos ex præcepto Domini (*sint lumbi vestri praeincti*) mortificare prius concupiscentias carnis; & sic accipere Corpus Christi. S. Gaudentius tr. 2. in Ex. Primum hoc loco lex castitatis in renibus, quorum scrutator est DEUS, affigitur. Sancti. Paschasius. l. 1. c. 22.

*Polyant. b. Sacr. Tom. I.*

*Sine maculâ*, ib. Sciendum: quia Agnus Dei sine maculâ, qui Virginis est filius, luxuriosi, & incoesti, sumunt periculosius. Quia,

cum in Sacramento uniri Christo debeamus, conformitate passionis, & munditiæ; nihil sic adverbatur Passioni Crucis, ut voluptas; nihil sic munditiæ, ut fœditas; nihil sic ejus unioni, ut fornicariæ societatis unitas. Algerius l. 1. de Sacr. Alt. c. 21. Non est aliud, quod tantam munditiâ exigat. Abulens. in c. 26. Matth. 9. 32.

*Offerentes coram Domino ignem alienum*. Levit. 10. 1. Cum ad offerendum Deo terribilis Sacramenti libamen accedimus, cavendum valde est, ne alienum ignem, id est, libidinis flammam, vel cujusvis vitij fomitem, inret salutare hostias deferamus. S. Petrus Dam. ep. 66.

*In sanctuario comedes illud*. Num. 18. 10. *Mares tantum edent ex eo*. Jo. 6. 10. *discubuerunt viri numero quasi quinq; milia*. Cur nulla mentio foeminarum? S. Cyrillus Alex. l. 3. in Jo. de viris solis mentionem facit; ænigmaticè monens: omnibus, qui viriliter prohibentem, ac fidem, amplectuntur; non imbecillis, ac mollibus, cibum celestem à Salvatore præberi: nam qui muliebri animò sunt, nihil magni cognoscere possunt.

*Fecit grande convivium*. Esth. 1. 3. Assveri convivium ad literam fuit vanum voluptatis, & gloriæ, aucupium; sed mysticè magnum S. Eucharistiæ simulachrum. *Assverus* Hebr. & Chald. idem est, quod *magnum caput*. Celebravit hoc convivium in regia sua *Susan*; quæ vox Hebr. significat *litium*, puritatis, & virginitatis symbolum. Corn. hic.

*Cum jussisset turbam discumbere super fœnum*. Matth. 14. 19. Opinor, quòd jusserrat turbas discumbere in fœno, propter id, quod dicitur in Isaiâ: *omnis caro fœnum*. hoc est, subjicere carnem, ac subditum reddere carnis affectum: ut sic aliquis possit esse particeps panum, quibus benedixit Jesus. Origenes c. 14. in Matth. Quicumque es, qui vis satiari de panibus Christi; discumbe prius super fœnum: imò prius te ipsum fœnum esse cognosce. Non jam luxuriet in te viriditas carnis. S. Eusebius Emiff. Dom. 4. Quadr. Discumbat super fœnum, florem fœni conterat; id est, castiget corpus suum, & servituti subjiciat, voluptates carnis edomet; quisquis panis vivi caput suavitæ refici. V. Beda in cap. 6. Joan.

Inter Dominica mensæ convivas animalis homo non admittitur; quidquid caro, & sanguinis dicitur, ab hoc coetu excluditur. S. Cyprianus de Cœna Dom.

Quicumque ad altare Domini accedit inquinatus luxuriâ, juxta filium Virginis idolum ponit Veneris. Et cum in os immundum sanctissimam carnem imponit, eam quasi in lutum platearum projicit. Blesensis

l. 38.

*Accede Eucharistiam cum renovatio-  
ne tui.*

*Mensis Nisan*, id est, Aprilis, eligitur ad eum agni Paschalis. Ex. 12. 2. 3. Sed & ipse mensis Nisan, id est, Aprilis, verna temperies; cum tellus refloriscit, totusque post hyemem, quasi post senium, juvenescit orbis; nonne senatum hominem docet, quatenus renovatus Spiritu mentis suae, fide viridis, spe latus, & charitate floridus, Paschalis agni epulis interfit spiritualibus. Rupertus l. 2. in Ex. c. 5.

*Egrediatur populus, & colligat, quae suscipiunt per singulos dies.* Ex. 16. 4. Perfecto & nobis spiritualiter egrediendum est, ut colligamus, quantum sufficere potest. Unde egrediemur? de pristina conversatione, de vetustate vitae. Nondum enim depositum vetere homine, non est nobis hoc manna colligere; non est nobis hunc panem Dominicum manducare. Rupertus l. 3. in Ex. c. 11.

Non sine causâ olim Deus jubebat Panes propositionis, qui divini hujus Sacramenti figura erant, *per singula Sabbatha*, sive hebdomadas, mutari. Levit. 24. 8. Aliosque recentes, & calidos apponi: ad significandum, quantopere Christus D. noster desideret, ut singulis hebdomadis communionis fervores renoves &c. de Ponte tr. 4. de perfect. Christ. hom. c. 8.

*Filij sui sicut novella olivarum in circuitu mensa tua.* Pf. 127. 3. Seu, ut habet Graecus: *sicut novella planta olivarum.* Cur novellae? oliva jam grandis est arbor; novella tenera. Tales ad sint in mensa Domini. Sylveira in Matth. 26. c. 4. q. 9.

*Quando sederis cum principe, statue cultum in gutture tuo.* Prov. 23. 1. Ut juguletur scilicet vetus homo in te; ac novus, hoc est, Christus vivat. Hugo Carenfis hic.

*Ubi cuius, fuerit corpus, illic congregabuntur & aquila.* Matth. 24. 28. Bonae aquilae circa altare. Corpus Christi est in altari; aquilae vos estis renovati ablutione delicti. S. Ambr. l. 4. de Sacr. Alt. c. 2.

*Ad Eucharistiam accede cum humilitate,  
reverenâ, & timore.*

*Major pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet.* Gen. 43. 34. Benjamin semper innocuus Josepho conjunctor. Lyran. quanto humilius sedebat, tanto amplius capiebat. Naxera in Appendic. de Eucharist. Sacr. §. 10.

Ita ad Regem florum Jesum Nazarenum ingredere, sicut Esther 15. 8. *rosso colore vultum perfusa*; verecunda cum modestia, & humilitate. Nadasi Ros. coel. Rosa 10.

*Forcipe tulerat.* Il. 6. 6. prunam accensam Seraphim de altari; non manibus. An timuit aduri? Significavit, quantâ reverentiâ, & puritate, res altaris sunt pertractandae. Diez. Eucharistia.

*Terra motus factus est magnus.* Matth. 28. 2. S. Chrysoft in Pf. 21. sepulchrum accepto corpore depositum terretur, quod Patris the-

saforum accepisset, depositum cum tremore reddidit. Quam justius nos tremere oportet, qui non semel eundem thesaurum corde recipimus. B. Idam ingens terror corripiebat, quando continebat eam Altare transire, in quo Eucharistia asservabatur. Novarinus Agn. Euchar.

*Zabae festinans descende &c.* Luc. 19. 5. Si descendis, si te demittis, satis est, hodie oportet in domo tua manere Christum. Doultreman. l. 1. c. 4. sect. 2.

## §. XX.

*Eucharistiam accede cum viva fide.**Ex Veteri, & Novo.*

**E**Dent carnes nocte illâ assas igni. Ex. 12. 8. Nota, duo mysteria nocte parata. Primum hic, quod figura Eucharistia, ut docent Ambrosius, Augustinus, Gregorius, Chrysostomus, &c. Secundum Sap. 18. 14. *cum quietum silentium - & nox in suo cursu.* Utrumque in Eucharistia; oculis tenebrae, vox ad auditum: hoc est *Corpus meum.* Arnoldus Carnot. tr. ult. de septem verb. Dom. ideo nocte agnum maclare praecipitur, quia nondum ad liquidum elucet operis ratio, cujus fides ministra est. Sylveira in 6. Joan. q. 55. Eucharistia nocte instituta à Domino: ut denotaret; quod, quamvis ad omnia Sacramenta necessaria sit fides, quae per noctem obscuram significatur; peculiariter tamen ad hoc sanctissimum Sacramentum requiritur; in quo majores difficultates, majoraque mysteria, clauduntur. Diez Conc. 4. festo Corp. Chr.

*Tenentes baculos in manibus.* Ex. 12. 11. Ad Christum pertinet hoc, ut sumentes Eucharistiam teneamus baculos in manibus; scilicet vi fidei fundamentum teneamus: nam baculus fidem notat. In sumptione autem Corporis Domini nihil magis necessarium est, quam fides. Psalm. 22. 4. *virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Novarinus Agn. Euch. Avidius requiritur, quod latet; & pretiosius est, quod cum fide quaeritur. Ideo quoque debuit sic mysterium hoc temperari; ut & arcana secretorum celarentur infidis, & meritum crederet de virtute fidei. Sanctus Paschasius l. de Corp. & Sangu. D. cap. 13. *Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi.* Cant. 2. 3.

De Elia dicitur 3. Reg. 19. 5. 6. *quod sub umbra juniperi*: obdormisset; ubi eum Angelus Domini pane confortavit. Sub umbra juniperi dormit, qui in fide Dominicae Passionis requiescit. Hic autem angelicò patrocinio excitatus ad devotam susceptionem hujus Sacramenti illud comedit &c. S. Bernardinus t. 2. l. 54.

*Duabus velabant faciem ejus.* Il. 6. 2. Hebr. *duabus velabat unusquisque faciem suam.* Cur facies suas suas velant? cum potius debeant discooperire, ut vultum Dei cernant? Seraphim figura Fidelium, teste Bonaventura in Eccles. confid. 2. Fides facit animam Seraphicam. Ut anima Fidelis Deum in throno altaris valeat

valeat contemplari, debet faciem, oculos nempe naturales, velare; & extendere solum alas fidei. Sylveira in Matth. 18. q. 14.

*Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israél.* Matth. 8. 10. An non major fides Nathanaëlis Jo. 1. 49. *tu es Filius DEI; tu es Rex Israël.* Vel Petri Matth. 16. 16. Fides ex objecto illustrior. Chryfologus l. 102. ait, Centurionem suis verbis præfigurasse fidem Christianorum communicantium: Fratres, hoc reatum Corpus est, quod tegit animam. Sub hoc ergo reatum Centurio dicit, indignum intrare Christum, hoc est, in Corpus humanum divinam succedere majestatem. Sylveira in Jo. 6. q. 38.

*Non inveni tantam fidem in Israél.* Matth. 8. 10. Tetigit vestimentum mulier, & curata est, & ab antiquo absoluta est languore. Miseri! qui quotidie Corpus Domini tractamus, & sumimus; & à nostris vulneribus non curamur. Non Christus infirmantibus, sed fides, deest. S. Chryfolog. l. 33. Laudatur Chanaanæ fides, non latronis in cruce: quia hic postulabat regnare cum Christo, at illa petebat mensæ Sacramentalis micæ, ut interpretatur S. Ambros. l. 8. in Luc. animosior hujus, quam illius fides. Sylveira in Jo. 6. q. 38.

*Vidi unum angelum stantem in sole, & clamavit - venite - ad cenam magnam Dei.* Apoc. 19. 17. 18. Angelus sub pedibus solem habens ostendit, lumen rationis in consideratione sanctissimi mysterii sub pedibus ponendum. Solum ad hoc fidei mysterium admittitur auditus, II. 5. 2. *audite audiens me, & comedite bonum.* Incertò Authore.

### Ex Patribus, & aliis.

Si cum fide accesserimus, procul dubio videbimus eum in præsepi jacentem: siquidem hæc mensa vicem explet præsepi. S. Chryfost. orat. de B. Philogonio.

Summo cum metu, & purâ conscientia, fideque haudquaquam dubia, accedamus: ac protectò sic nobis fiet, quemadmodum firmè, ac constanter, credimus. S. Joannes Damasc. l. 4. c. 14.

Potisset planè mentis acies infidelitatis obtebrari caligine, atque illuminatæ fidei resillire splendore, si creaturarum quælibet tanti mysterii fieret institutor. Abegit itaque omnem dubietatis opinionem, omnisque argumentum erroris; quando per seipsum id voluit consummari. Nihil hoc Sacramento verius, nihil certius, credi potest, cujus institutionis DEUS auctor est. S. Laurentius Justin. de triumph. agone Chr. cap. 4.

De fide interioris hominis procedit divini gustus saporis. Fulbertus Carnot. Ep. de V. Sacr. ep. 1.

Mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit, & accendit. S. Cyprianus ep. 54.

Oculus humanus vultu velatò per tenuem velaminis rimulam solem intuens. Lem: *Hac via, totu q, videtur. apparet eis, qui fidem habent in illum.* Sap. 1. 2.

Videre quisquis illud aureum sidus, subar illud orbis, Numen illud astrorum, Mortalis optas: ora captus obnube Oculi fidei fac tegantur a velo Pupilla fidum spectet in punctum: Minimo videri summus ambit, & gaudet, Ille DEUS punctò totus mihi sistitur unò: Exiguò immensus sistitur orbiculo,

Guilielmus Hesius.

### §. XXI.

*Eucharistiam accede cum desiderio, gaudio, sine nausea.*

### Ex Veteri.

**E**cce Filius tuus Joseph venit ad te. Gen. 48. 2. O quantum gaudium debet esse, cum dicitur alicui: ecce filius tuus Joseph venit, ad te illuminandum, & calefaciendum. Hugo Card. hic.

*Comederis festinanter.* Ex. 12. 11. Quod autem dicit, cum festinatione illud manducandum, præcipit, nè lentò corde, & ore languidò, Sacramentum Dominici Corporis sumamus; sed cum omni aviditate animi, quasi verè esurientes, & sitientes, justitiam. S. Gaudentius tr. 2. in Exod.

*Tabernaculum ità facies: decem cortinas &c.* Exod. 26. 1. Oleast, novit Dominus, quàm facile in contemptum veniant, quæ nobis sunt familiaria: ideo, licet delicias duxerit esse cum filiis hominum, voluit tamen ab eis multis operculis occultari. Scilicet ut avidius quæratur. Didacus Niss. D. 4. p. tent.

*Anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo.* Num. 21. 5. Apostolus cor meum animaverat, cum iis impendere judicium dixit, qui ad Christi epulum polluti irrumperent. I. Cor. 11. 29. *qui manducat, & bibit indignè &c.* Indignus cum sim, abstinerebo; & evado. At Moyses cor meum exanimat; dum non profanatores, sed nauseantes exterminatos refert. Non proculcatio, sed nausea, serpentes evocavit in fastidiosos. Toties peccarat populus in DEum diffidentia, concupiscentia, libidine, timore, tædiò, murmure, idololatria; nec omnino periit. Ubi autem nauseare cepit manna, ea immixta plaga est, quam non Aaron thure, non Phinees gladiò, non oratione Moyses, non lacrymis populus, sed morituri in ligno Domini sedare, laniena. Olival. 4. Strom.

*O si quis mihi daret potum aque &c.* 2. Reg. 23. 15. Sitiebat David non aquam de lacu, qui est in Bethlehem: sed oriundum ex Virgine Christum in spiritu prævidebat. Volebat ergo bibere non aquam fluminis, sed potum gratiæ spiritualis: hoc est, non aquarum sitiebat elementum, sed sanguinem Christi. S. Ambros. lib. de Apolog. David c. 2.

*Quemadmodum desiderat cervus.* Ps. 41. 2. Quid est ut cervus? non sit tarditas in currendo; impigrè curre, impigrè desidera fontem. S. August. hic.

*Quando venies ad me?* Pf. 100. 2. Talem hic admirabilis vir puritatem habuit, ut cum fiducia ad DEUM clamaret, *quando venies ad me?* Videlicet regales aulas instructas tibi preparavi; tuum adventum Domine exopto, tuamque praesentiam desidero. B. Theodoretus hic.

*Comede in letisia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum.* Ecclæ. 9. 7. id est, fume Eucharistiam cum gaudio; quod ex munda conscientia profluit. de Ponte in Cant. 1. Exh. 15. §. 6.

### Ex Novo.

*Panem nostrum supersubstantialem &c.* Math. 6. 11. Hanc petitionem de Eucharistia intelligunt Tertull. Basilius, August. Ambr. Cyprian. Chrysof. Teste S. Hieronymo in ep. ad Tit. 2. à multis in Græco legitur: *panem præcipuum, eximium, electum.*

*Cum turba irruerent in eum.* Luc. 5. 1. Quod rarum, charum, Cur Christus in V. Sacramento se nobis tam involutum, & tectum, sub speciebus panis, & vini, exhibet? Algerus l. 2. de Sac. c. 5. ideo Christus noluit apparere, ut sit desiderabilior. S. Paschasius c. 12. de Sacramento: aviditibus requiritur, quod latet; & pretiosus est, quod cum fide quaeritur. S. Basilius: rosarum amatoribus natura minutas illas spinas, quasi quædam amatoria illectamenta, isti flori adfixit; ut stimulis illis ægrè contactum admittentibus ad majus desiderium colligentes provocet. Didacus Niss. D. 4. Pent.

*Secessit seorsum in locum desertum.* Luc. 9. 10. 11. *quod cum cognovissent turba, secusa sunt illum.* Cur non potius in urbe commorantibus illud convivium fecit? S. Ambrosius in Apolog. David c. 7. gratiæ coelestis impartitur alimentum non otiosis; non in civitate, quasi in Synagoga, vel seculari dignitate, residentibus; sed inter deserta quaerentibus Christum: qui enim non fastidiunt, ipsi excipiuntur à Christo. Mendoza in 1. Reg. 3.

*Ego sum panis vita.* Jo. 6. 48. Decies vitam vocat Eucharistiam, ut gratus de sacra coena sermo fluat. S. Chrysof. hom. 46 in Jo. vitæ ubique meminit; nam ejus trahimur cupiditate. Velloso in Judith. 2. v. 2.

*Lac concupiscite.* 1. Petri 2. 2. Quodnam lac? (Per lac verbale) sic enim vertit Clemens Alex. 1. pædag. c. 6. (accipit Verbum incarnatum.) Per hoc lac aliqui accipiunt Eucharistiam. Cornelius hic.

### Ex Patribus.

Non videtis, quantâ infantes animi alacritate mamillas arripiunt? quâ pressione papillis insigunt labia? non minore cupiditate nos quoque ad hanc mensam, & ad hujus calicis spiritualem accedamus papillam: imò verò majori desiderio, quasi lactentes pueri, gratiam spiritus fugamus. Unus sit nobis dolor, una coelestia, si hoc alimentum spirituali privamur. S. Chrysof. hom. 83. in Matth. 26.

Ardenti cupiditate ad eum accedamus; manibusque in Crucis formam compositis Cru-

cifixi Corpus suscipiamus; atque & oculis, & labiis, & frontibus impositis, divini carbonis participes efficiamur: ut ignis desiderii in nobis insiti, assumptâ eâ, quæ ex carbone oritur, inflammatione, peccata nostra exurat, ac peccata nostra collustret; demusque operam, ut per divini ignis perceptionem inardescamus, Divique efficiamur. S. Joannes Damasc. lib. 4. cap. 14.

An non horam illam beatam dixerim, in qua divina Majestas inclinatur ad hominem; se illi communicat, ipsum pascit, & potat, non aliò cibo, quàm Corporis sui; neque potu aliò, quàm proprii sacri cruoris. S. Laurentius Just. l. in festo Corp. Chr.

Cum accedis ad calicem communionis sanguinis CHRISTI; ita affectus sis, quasi ex ipso latere bibas. Theophylactus in cap. 19. Joan.

### Exempla.

S. Ida ex ardore divini amoris, & desiderio fumendæ Eucharistiæ, sæpius tempore Missæ copiosum sanguinem ex ore, & naribus, effudit. Communicatura cum aliis Religiosis dicebat ad unum ex illis: *eamus, & devoremus DEUM*; nesciens, quomodo desiderium suum erga Eucharistiam explicaret. Bollandus 13. Aprilis.

S. Lidwinæ præ desiderio Eucharistiæ, dies unus, quò carere cogebatur, sæpe unus annus videbatur. Bolland. 14. April.

S. Catharinæ Senensi erat tantum desiderium frequentius communicandi; ut nisi adimpleretur, durè pateretur corpus, & quasi deficeret. Bolland. 30. April. Quando cupiebat communicare, dicebat Confessario suo Raimundo: *Pater; ego esurio; propter DEum detis cibum animæ meæ.* Ib.

### §. XXII.

*Eucharistiam accede sine rancore, pacisum &c.*

### Motiva

### Ex Veteri.

**M**Elchisedech, qui panem, & vinum, obtulit. Gen. 14. 18. *Rex Salem*, id est, *pacis* interpretatur. Hinc tunc occurrit Abrahamo, quando ex fraterno amore Lothum ab hostibus defenderat. v. 15. non verò, quando rixa inter eos erat. Novarinus Agn. Euch.

*Quid venistis ad me hominem, quem odistis, & expulistis à vobis?* Gen. 26. 27. Dicebat Isaac ad injurias sibi. Fecit eis ergo convivium, & post cibum, & potum, surgentes manè juraverunt sibi mutuo. Applica Christo Eucharistico. Escob. t. 3. Colloq. Chr. l. 6. Obs. 1.

Pater Isaac filio Jacob non irascitur ob præceptam benedictionem; quia frumentò, & vinò, stabilivit eum. Gen. 27. v. 37. Erat hæc figura Eucharistiæ, teste Paschasio l. de Corp. & Sanguini. D. c. 12. In hac mera se prodit Christi pietas. Sylveira in Jo. 6. q. 20.

*Inno.*

*Immolatis victimis in monte, vocavit fratres, ut caerens panem.* Gen. 31. 54. Quia sciebat, sacrificium conjunctum cum reconciliatione maxime DEO placere, aliàs displicere. Paoletti D. 5. Pent.

*Ponite panes.* Gen. 43. 31. Ubique gratiosus Joseph, sed in convivio magis, multoque amplius jucundus. In convivio Joseph etiam venditoribus suis non negat negatam sibi germanitatem; in convivio non retinet injurias: extendit munificentiam, cibam inimicum, extinguit invidiam, sanat malevolentiam. Petrus Cellenti, l. de panib. c. 1.

*Agnum & vicinum suum.* Ex. 12. 4. Legalem agnum, Eucharistiae figuram, manducatur Hebraei, jubebantur vicinos advocare; nè scilicet aliquid ex eo remaneret; atque fraternus amor ita foveretur. Theodoretus q. 24. in Ex. Praecepti numerò sufficientes ad eum agni simul immolare Pascha; docens eos fraternam charitatem. Novarinus Agn. Euch.

Nec manna inter arma cecidit, inter tumultus, sed *per circuitum castrorum.* Ex. 16. 13.

*Parasti in conspectu meo mensam.* Pl. 22. 5. Euthymius addit, altaris: mensam praemiserat tanquam ovis esset. Novarinus Agn. Euch.

*Filius tui, sicut novella olivarum, in circuitu mensae.* Pl. 127. 3. Cur non sicut alterius arboris novellae? quia oliva pacis, & concordiae, Symbolum. Illi ergo rite sacrae mensae solennia celebrant, quos pax, & concordia adornat. Naxera in Jos. 18. §. 19.

*Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiavit te.* Pl. 147. 14. Ante Eucharistiam para pacem. Novarinus cit.

*Introduxit me in cellam vinariam ordinavit in me charitatem.* Cant. 2. 4. Per cellam vinariam intelligunt Gregorius Nyss. Paschalius, & alii, Eucharistiam. Novarinus cit.

### Ex Novo.

*Si offers munus tuum ad altare.* Matth. 5. 23. Cur non prius acceptet Dominus oblationem factam, & postea remittat ad reconciliandum cum fratre? nam sacrificium imperfectum relinquere apud omnes nationes grave piaculum est. Quia in hoc negotio DEUS nullam dilationem patitur. S. Chryost. hom. 16. O admirabilem benignitatem, atque ineffabilem erga homines amorem DEI! honorem suum despicit, dum in proximo charitatem requirit. Quid his verbis mitius esse possit? interrumpatur, inquit, cultus meus, ut tua charitas integretur. Sylveira hic q. 12.

*Domine non sum dignus.* Matth. 8. 8. Observat Origenes, quod, cum plerique Christum domi suae habere expetierint, ut Regulus Jo. 4. 49. Simon Phariseus Luc. 7. 36. ad Zachaeum Luc. 19. 5. seipsum invitaverit; & Matthaeus convivium illi domi suae intruxit. Luc. 5. 29. Solus se excusavit Centurio. Cur hoc? respondet Origenes: miles sum gladio accinctus, sanguinem fundens, ad praelium

exiens; & ob hoc non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Didacus Niss. ser. 6. post Cineres §. 4.

*Cum facis convivium &c.* Luc. 14. 13. Moraliter: cum facimus prandium, id est, cum ad orationes, aut celebrationes, accedimus, ut spiritualiter reficiamur, & de menta Domini communicemus; non solum oremus pro amicis, parentibus, cognatis; & pro divitibus, id est, justis, qui in charismatibus Spiritus S. abundant; sed etiam pro inimicis, & peccatoribus; qui verè, & infeliciter, pauperes sunt. Dionysius Carthuf. hic.

*Quis major est? qui recumbit, an qui ministrat?* Luc. 22. 27. Videtur mihi, non obiter hujus recubitus, & ministerii meminisse; sed reducere eis in memoriam: quia de uno pane comedistis, & de uno calice bibistis; amicos, & unanimes una mensa fecerit. Quare ergo sapitis, quare tales non decent? Et neque ego uni quidem servivi, alteri autem non servivi; sed omnibus vobis. Omnes ergo unum, & idem sentiatis. Theophylactus hic.

*Litigabant Judaei ad invicem.* Jo. 6. 53. Litigabant itaque: quoniam panem concordiae non intelligebant, nec sumere volebant: nam qui manducant talem panem, non litigant ad invicem. V. Beda hic.

*Salutate invicem in osculo sancto.* 2. Cor. 13. 12. Solemne fuit primis Christianis, ut tum aliàs, tum praesertim in sacris conventibus ante S. Synaxim sese osculo, seu amico complexu, salutarent, dicentes: *pax tecum.* Erat hoc communicaturis reconciliationis, ac injuriae omnis remissae, puraeque charitatis, symbolum; ut docet S. Cyrillus Catech. 5.

*Suscipite insitum verbum.* Jacobi 1. 21. *Germen Domini in magnificentia & gloria.* If. 4. 2. Plinius l. 17. c. 14. de arborum insitione: facillimè coalescunt, quibus eadem corticis natura. Violenta enim res est, quoties humidis repugnant sicca, mollibus corticum duri. Sic Christus per Sacramentalem insitionem facillè coalescit, si in homine est mansuetudinis mollitudo. Incerto Auth.

### Ex Patribus, & aliis.

Communio, & Synaxis, id est, collectio nominata. S. Dionysius Arcop. lib. de Eccl. hierarch. 3. c.

Sanctissima unius, ejusdemque panis, & calicis communis, pacis, ac tranquillitatis, plena communio &c. Divinum Synaxeos Sacramentum in unum redigit eos, qui ad se sanctè ducuntur. Id. ib. c. 3. parte 3.

Eucharistia vocatur ab Augustino tr. 26. in Jo. panis concordiae; quem si sumunt, non litigant. Legitur in Annalibus Servorum B. Mariae Cent. 2. l. 4. c. 13. B. Biuda vidua unicum filium, ab hostibus familiae interemptum, ferebat impatientissimè. Eorundem porro sicariorum truculentia effectum est, ut mater in convivio, fraudis ignara, appositum ei filii cor comederit. Mirum dictu! cibata filii corde mater cor illico immutavit; & restincta ira, postisq; odiis, non modò orbitatem suam patienter tulit; sed

sed etiam non multò post Sæculo renuntians, & adscripta ordini servorum, insigni sanctimonie laude exornatam vitam conclusit. Accipimus in Eucharistia cum reliquo corpore Cor ejusdem. Nunquid eò cibato mansuefimus, & omnem iram, odium, & simultatem, ponemus? Doultreman l. 1. c. 4. sect. 11.

O Sacramentum pietatis; ô signum unitatis! ô vinculum charitatis! Nam qui manducant talem panem, non litigant ad invicem, *quoniam unus panis, unum corpus, multi sumus.* 1. Cor. 10. 17. D. N. JESUS CHRISTUS corpus, & sanguinem suum nobis in eis reis commendavit, quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in unum ex multis granis conficitur & confrat, aliud in unum ex multis acinis confluit. S. Augustinus tr. 26 in Jo.

Deinde clamat Dicitur: complectimini, & osculamini vos invicem; atque tunc mutuo nos osculo salutamus. Non hoc ita accipias, quasi osculum illud sit ejusmodi, quale in foro inter communes amicos esse consuevit: neque enim tale est. Hoc igitur osculum animas mutuo conciliat, & omnium malorum oblivionem illis spondet. Signum est hoc osculum reconciliationis animorum, universæque injuriarum memoria deletæ. S. Cyrillus Jerosol. Catech. 7. mytag.

Nullus leo, nulla sic vipera, viscera queunt humana laniare, ut hominis iracundia ferreis quibusdam unguibus universa confodiens. Quoniam igitur modò ab hac tam noxia peste fugiemus? si illam utique potionem bibamus, quæ intra nos vermes, serpentesque, mortificet. Et quodnam, inquires, istud est poculum? Pretiosus scilicet Christi sanguis; si cum fiducia sumatur: omnis enim hoc remediò morbus extinguitur. S. Chrysost. hom. 4. in Matth. 1.

Pacis Sacramentum est hoc Sacramentum. Id. hom. 51. in Matth. 14.

Ad hodiernum convivium qui solemnè frequentia convenistis, & cum Christi Discipulis in immolatione agni Pascha facere festinastis; sincerà, queso, & plena charitate pectora divinis exhibete mysteriis. Nulla sit in mente duplicitas, nec livoris libidine interior homo fuscetur. Agnum comesturus Agni innocenti in p. offerat; nec immaculatæ ovis membra lupinâ malignitate transfundat in vitæra. Habebit debitam cum proditore poenam, qui ad bonum malam attulit conscientiam. Denique Judas non sincerus, sed simulator accubuit; & post buccellam Christi, in eum diabolus introivit. Id. s. 1. de proditore &c.

Ad sanctum, ac terribile Sacrificium properas. Erubescet oblationis arcana; occisus propositus Christus est. Et cur occisus est, videamus: ut cœlestia pacificet, ut in terra reconciliet universa, ut amicum te constituat Angelorum, ut te societ habenti omnium potestatem. Animam suam pro te Dominus dedit; & tu inimicus conservo perduras? & cur hoc animo ad mensam pacis accedis? Id. serm. de prodit. Jud.

Hoc mysterium non à rapina tantum; verum & ab omni, vel tenui, inimicitia purum jubet esse

penitus: est enim pacis mysterium. Id. hom. 60. ad pop. Antioch.

Tantæ mensæ particeps fuisti: & cum omnium mansuetissimus esse, & Angelis par, deberes; omnium crudelissimus factus es. Sanguinem gustasti Dominicum; neque sic fratrem tuum agnoscis. Et quoniam dignus es venia? Id. in ep. 1. Corinth. c. 10. hom. 27.

Prædones falem eundem comedentes, prædones esse desinunt adversus eos, quorum victu usi fuerunt; mensâ illorum mores immutante: ut, qui feris immāiores essent, eos ovibus mansuetiores reddat. Ipsi autem ejusmodi mensa, ac cibi, participes, adversum nos mutuo armamur. Id. hom. 8. in ep. ad Rom.

Si munera nostra absque pace offerre non possumus; quanto magis & Christi corpus accipere, S. Hieronym. ep. 62. ad Theophilum.

Sicut Baptismus dicitur Sacramentum Fidei, quæ est Fundamentum spiritualis vitæ; ita Eucharistia dicitur Sacramentum Charitatis, quæ est vinculum perfectionis. S. Thomas 3. p. q. 73. a. 1. ad 3.

Inter mulierem divitem, & pauperem, diuturna erat discordia. Pauper pacem petebat. Die Paschæ Sacerdos divitem publicè à Communionem repulit, quia inimicitia erat publica. Confessione coactâ fidem fecit pacem. Post missam pauper gratias agit de pace; cui illa superbe respondit: credis me reconciliatam? mallem potius pendere. Quæ statim nigrissima mortua concidit, & hostia gutture fractò exivit; tamque diu mansit in aère, donec patenâ à Sacerdote recepta, Misera in foveam, ut canis, projecta. Summa Prædic. Eucharistia.

§. XXIII.

*Imitare, quod sumis.*

*Ex Veteri.*

Decorticatas virgas ideò Jacob ovibus bibentibus objecit, ut natæ similem in se varietatem effigiarent. Gen. 30. 37. Eodem ritu divinus Pastor sub Crucis, mortisque suæ memoria porrigit nobis potum vivifici calicis; ut similem in membris nostris mortificationem, Mundo, & vitii exhibeamus. Bæza l. 3. c. 8. §. 26.

*Caput cum pedibus ejus vorabit.* Ex. 12. 9. Pedes Agni vorare, est vestigia Humanitatis ejus amando, & imitando, perquirere. S. Gregorius hom. 22. in Evang.

Sanguis animalium vetitus. Levit. 7. 26. ne bestiarum mores cum sanguine attraherent. At modò jubet Sanguinem suum bibi Christus; ut vitam cœlestem suæ similem vivamus. Diez Conc. 1. in festo Corp. Chr.

*Ex colligo duo ligna, ut ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo: ut comedamus, & moriamur.* 3. Reg. 17. 12. O sanctitatis plena illatio! farinâ acceptâ duo ligna colligo, ut comedamus, & moriamur. Anfarinam duobus lignis præparatam sequitur mors necessariò? Theophanes apud Gretserum de Cruce tr. 2. orat. de Cruce. Ceterum farina, carnis Dominicæ, quâ nutritur, typum gestit. Duo

Duo ligna indicant illa duo ligna, ex quibus Crux. Cum ergo farinulam hanc Carnis Dominicæ, sub Crucis mysterio paratam, mandimus, nihil aliud nobis restat accommodatius, quam, manducemus, & moriamur. Hanc à nobis mortem mors ipsa petit Salvatoris Eucharisticò epulò representata. Bæza l. 3. c. 8. §. 26.

*Quando federis, ut comedas cum principe.* Prov. 23. 1. Septuag. addunt, *sciens, quoniam talia oportet te preparare.* q. d. in Eucharistia non tantum manducas Christum, sed & tu manducaris à Christo, ait S. Thomas. Non enim mutabis me in te; sed tu mutaberis in me, ait Christus D. per os S. Augustini. Fac ergo, ut teipsum ijs dotibus, & moribus, condias; ut sapidum de te epulum Christo exhibeas. Porro Christus in hoc convivio decem miracula nobis exhibet. Similia nos illi per gratiam ejus preparare oportet. I. Est transsubstantiatio panis, & vini: sic peccator penitens in hoc convivio se quasi transsubstantiet; ut, qui antè fuit carnalis, fiat spiritualis &c. Ut dicat: *vivo ego, jam non ego; vivit verò in me Christus.* Gal. 2. 20. II. Quod cum Corpore, & Sanguine Christi per concomitantiam ponatur simul ejus anima cum tota sua sanctitate; cum visione & amore beatifico. Rursum quòd ponatur unio hypostatica, ipsaque hypostasis verbi cum tota sua Deitate, & omnibus perfectionibus suis divinis. Sic & nos corpus, & animam, ejusque potentias, sensus interiores, & exteriores, cogitationes, operationes, intentiones, Christo offeramus, & consecremus; ut tota ferantur, & dirigantur in Christum, ejusque amorem, honorem, & laudem. III. Quòd Christus hic se summè humiliet: cum enim sit immensus, totum se claudit in parvula hostia, imò in quolibet hostiæ puncto. Disce conviva Christi ab ipso humiliari; soli DEO cupi patere virtutes tuas, & placere. Insuper Christus in multis Ecclesiis, præsertim in pagis, & locis desertis, latet absconditus, desertus, & incognitus: ita ut multis diebus, & fortè mensibus, lateat solus, nec ab ullo visitetur: quin & aeris corruptioni, mucò, & fordibus, exponatur; præsertim ubi negligentes, & irreligiosi, sunt sacerdotes. Ita & tu disce latere, & tolerare; si cum S. Alexio negligaris, vilipendaris, & in angulum Domus retrudaris. IV. Christus in Eucharistia est totus in tota hostia, & totus in quavis hostiæ parte: ita & tu totum te trade Christo in tota vita, & totum in qualibet vitæ parte, hora, & actione; totus in actione, & totus in contemplatione. V. Est in Eucharistia impassibilis: esto enim species panis gladio transfigatur, lædatur, comburatur; Christi tamen Corpus sub iis latens transfigi, lædi, comburi, imò tangi, nequit. S. Thomas in opusculo de impassibilitate. Tu, cum non possis esse impassibilis, esto tamen cum quadam impassibilitate patiens: id est, sic fortiter patere, ut videaris esse impassibilis. VI. Est Christus in Eucharistia insensibilis, tum passivè (nullò enim sensu percipi potest) tum activè: quia, ut docet S. Thomas, & ex eo Suarez, 3. p. q. 76. disp. 52. sect. 3. Christus in Eucharistia, eò quòd loco non coextendatur, sed quasi in punctum loci sit contractus; naturaliter non potest sentire, au-

*Polyanthe. Sacr. Tom. I.*

dire, videre, astantes; imò nec seipsum: quia species viviva, cæteraque sensibiles, requirunt extensionem ad locum. Disce à Christo tuos sensus mortificare, fierique insensibilis: ut non nisi secundum mentem, & spiritum, vivas instar Christi, DEI, & Angelorum. Sensus enim trahunt ad concupiscentias; spiritus verò ad cælestia, & divina: sensus ad vitia, spiritus ad virtutes; sensus ad Infernum, spiritus ad paradysum. VII. Christus reliquas dotes gloriosi corporis tibi propinat; puram claritatem, subtilitatem: ita & tu præbe illi corpus, mentemque tuam puram, per castitatem; claram, per splendorem boni exempli; agilem, per fervorem; subtilem, per contemplationem. VIII. Christus potestatem consecrandi non uni, non decem, sed pluribus hominum millibus, adeoque omnibus Sacerdotibus, etiam impuris, &c. concessit; voluitque hanc indignitatem pati ad nostrum commodum; ut nobis ubique, & semper, hoc divinum sacrificium, etiam per indignos Sacerdotes, copiosè suppeteret; nec ob eorum malitiam nos tantò bonò frustraremur. Exhibe ergo tu vicissim Christo cor amplum, & amore latum; ut etiam inimicos tuos ames, iisque beneficia pro malefactis rependas. Esto enim ij hunc amorem non mereantur, cum tamen meretur Christus. IX. Corpus Christi in Eucharistia sine partium, membrorumque, commixtione, aut confusione: licet enim omnes simul in eodem puncto sint, nec locò, aerè ambiente, coextendantur; qualibet tamen retinet suum temperamentum, suam unionem, ordinem. Similiter & tu; licet in humili, parvoq; verseris officio, aut gradu; tamen in omnibus ierva ordinem, & decorum: ut discretè, decorè, & prudenter, singula facias; Eccli. 33. 22. *in omnibus operibus tuis præcellens esto.* X. Christus in Eucharistia omnes totius orbis Christiani Fideles patit, sibi unit, & in corporat, ei; q; suum divinitatis spiritum impertit; ut jam non tam homines, quam dii quidam humani, ac homines divini, esse videantur. Imitare hanc immensam Christi charitatem, ut omnes, tam externos, quam domesticos, Europæos, & Indos; pauperes, ac divites; omnes in Christo unire, imò ipsi Christo, satagas. Ob hoc enim Eucharistiam instituit, ut sibi quasi Capiti omnes Fideles, totamque Ecclesiam, velut corpus, & membra, realiter, & substantialiter uniret, & incorporaret: ut omnia in omnibus sit, vivat, & agat Christus. Cornelius hic.

*Panem otiosa non comedit.* Prov. 31. 27. Cum sacrificium Dominici Corporis percipiens studet imitari actu, quod in ministerio celebrat; multum sollicita, nè indignè panem Domini comedendo, & calicem bibendo, iudicium sibi manducet, & bibat. V. Beda hic.

*Surrexi, ut aperirem Dilecto meo: manus mee distillerunt myrrham.* Cant. 5. 5. S. Ambros. l. de Isaac c. 6. Surrexi, inquit, aperire. Et opera ejus, & facta, mortificata sunt Mundo. Talis enim debet esse anima, quæ Verbum est receptura; ut moriatur Mundo, & conspeliatur Christo. Sic enim Christus invenitur; & tale quærit hospitium. Bæza l. 5. c. 4. §. 2.

A a a a

Pone

*Pone me ut signaculum super cor tuum.* Cant. 8. 6. & statim infer: *foris ut mors dilectio.* Guillelmus Abb. hic: imprime te mihi, quasi signaculo, per amorem fortiter inharendo; ut à me, quasi signaculo, formam accipias, & meâ subitâ expressione similitudinem trahas. Quanta fuerit impressio amoris, tanta erit expressio similitudinis.

## EX NOVO.

*Potestis bibere calicem &c.* Matth. 20. 22. Bibetis calicem, non quidem ex vobis, qui facile respueretis; sed donò gratiæ meæ suò tempore. Unde in Cena dedit omnibus Apotolis de calice bibere; in signum, quòd omnes pro eo pati debent. Et nos, dum sumimus Cenam Dominicam, intelligamus, nos tantò Sacramentò ad exponendam vitam pro Christi gratia admoneri. Salmeron t. 4. p. 3. tr. 27.

*Qui manducat me, et si vivet propter me.* Jo. 6. 58. Periculosè non ostendis in vita, quas susceperis epulas: nam hoc tibi dat Christus D. signum Eucharistiæ dignè susceptæ: qui manducat me &c. Ista Deo conformis testatur, qualem cibum susceperis, & qualem te in susceptione præberis. Si nihil de Christo in te habitante ostendis in verbis, operibus, vitâ, moribus; cave, nè tantus cibum tibi in perditionem cedat. Job 20. 21. *Non remansit de cibo ejus, & propterea nihil permanebit de bonis ejus.* Guarricus l. 2. de Resurrect. nihil profusum ex illis retinens, non saporem in sermonibus, tanquam gustum in faucibus; non virtutem in moribus, tanquam succum in visceribus: sed dum statim totum per inania, vel scurrilia revomit, gratiam sibi in iram convertit. Hebr. 6. 7. 8. *terra sape super se venientem bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur; accipit benedictionem à Deo. Proferens autem spinas &c.* Et qualis tu terra es? quoties bibis cœlestem rorem sanguinis divini? si nihilominus sterilis maneat, spinas proferas, maledictio proximi est. S. Macarius hom. 12. Moyses Ex. 24. 18. cum quadragesima diebus jejunasset, fortior omnibus descendit: siquidem aiebatur à Deo; & Corpus ejus aliò cibo cœlesti regebatur; & gloria Deilucebat in facie. Baeza t. 3. l. 14. c. 10. § 34.

## EX PATRIBUS.

Ut in nobis Sacramentum Dominicæ Passionis non sit otiosum, debemus imitari, quod sumimus; & prædicare cæteris, quod veneramus. S. Gregorius moral. l. 13. c. 8.

Libamenta Corporis, & sanguinis sui prior in hac mensa ponit; ac deinde imitationem suæ Passionis pro compensatione multum dignanter resumat. Petrus Cellens. l. de panib. c. 9.

In Sacramento Christi ei uniri debemus conformitate Passionis. Nihil sic adversatur Passionis Christi, ut voluptas; & nihil sic ejus unioni, ut fornicariæ societatis unitas. Algerus l. 1. de Euchar. c. 22.

## §. XXIV.

*Eucharistiam sume cum memoria Passionis.*

**R**equiesce sub arbore, ponamq; buccellam panis &c. Gen. 18. 4. 5. Sub arbore Crucis requiesce Eucharistiæ panem comesturus. Sub

*umbra illius, quem desideraveram, sedi; & fructus ejus dulcis gutturi meo.* Cant. 2. 3. Novarinus Agn. Euchar.

*Cum lactuosis agris bibis.* Ex. 12. 8. Qui est, qui agnum alium cum lactuosis manducat? qui Christum in cruce passum dolenter cogitat, & innocenter vivendo se castigat. Thomas Kemp. conc. 32.

*Tenentes baculos in manibus.* ib. v. 11. Tertium est memoria Dominicæ crucis. Et hoc est, tenere baculos in manibus. Guillelmus Pepinus in c. 12. Ex. Nos de Cruce Domini pascimur, quia Corpus ipsius manducamus. S. Augustin. in Pl. 100.

*Inungi buccellam tuam in aceto.* Ruth. 2. 14. id est, in commemoratione Passionis Christi. Hugo Carenf. hic.

*Cumq; venisset, & sedisset subter unam juniperum &c.* 3. Reg. 19. 5. Surgite, postquam scieritis, qui manducatis panem doloris, ait David Pl. 126. 2. Eucharistia panis doloris est, tum nostri, tum sui. Nam, in qua nocte tradebatur Dominus. 1. Cor. 11. 23. Fermentatus est panis iste, quem Elias manducare non potuit, nisi subter unam juniperum spinis horrescentem. Cant. 2. 2. *ficus lilium inter spinas.* Noctu decidebat panis Angelorum; inter arumarum tenebras coalescit panis doloris; manna in arenti eremo cecidit. Corpus suum Dominus ex frumento conficere voluit, quod aristarum asperitate vallatur; & excuti stipulis nequit, quin levissimè proceratur. Itaque quoque vinum elegit ad sanguinis inaugurationem; quod, nisi calcetur, & comprimat, non manat. Oliva l. 3. Strom. §. surgite postquam federitis.

*Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Pl. 22. 4. Per baculum Crucem intelligit Hugo Carenf. hic. Quid sequitur? *parasti in conspectu meo mensam &c.* Crucem meditare ad mensam Eucharisticam accessura. Novarinus Agn. Euch. S. Basilii hic: haud procul à seopo aberravit quis, si saluiteram Crucem his nominibus insigniverit.

*Fasciculus myrrhæ.* Cant. 1. 12. primò Dilectus dicitur; deinde *botrus Cyprî.* v. 13. quia meditatio Passionis, & amaritudinam Christi, preparatio est ad dignè recipiendum sanctissimum Sacramentum. de Ponte hic.

*Sub umbra illius &c.* Cant. 2. 3. habes in his verbis desideraveram, sedi, fructuosum modum communicandi; ut cum fame, & siti accedas. *Sub umbra sedis;* docet quietam contemplationem Crucifixi. Præ omnibus autem pensanda immensa Christi charitas; qui arbor mali pro nobis fieri voluit, ut noster esset cibus, & potus. Nam cum malus, & poma, symbolum sunt ejus amoris; nullibi Christus magis gerit munus mali, quam in hoc Sacramento. de Pontehic.

*Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, & nihil patiebantur super contritione Joseph.* Amos 6. 4. 5. 6. Tota beatitudo vestra est, ingredi pompaticè domum Domini; comedere agnum, & nihil patimini super contritionem Joseph. Verè enim non compatimini, neque compassione charitatis pascimini in contemplatione mysteriorum, quæ

quæ vidistis; seu quæ in altari commemoratis; nihilque omnino patimini super contritionem dicentis: hoc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. 1. Cor. 11. 25. Rupertus l. 6. in Joan.

*Quotiescung, manducabitis panem hunc, mortem Domini annuntiabitis.* 1. Cor. 11. 26. Cluniacensis: quare mortem Domini? quare non similiter dixisti, ô Apostole, Incarnationem, Nativitatem, Resurrectionem Domini? quare illa, quæ gloriosa videntur, dimisisti? & quod erat ignominiosius, elegisti? ut ostenderem, inquit, istud opus ejus præponderare omnibus operibus ejus.

## §. XXV.

*Eucharistiam sume cum memoria mortis, & desiderio cæli.*

**I**mmolabit cum universa multitudo ad vesperam. Ex. 12. 6. Car tantum sacrificium non præcipitur fieri manè, vel meridie; sed ad vesperam. Erat typus Eucharistiæ, & celebrabatur occasu solis ante oculos positò: ut inde homo occasus sui, & mortis suæ, memor, totus à terrenis abalienatus, & in DEum immerfus, dignè se præparet ad tantam mensam. S. Bernardinus tom. 4. f. 39. p. 2. horâ vespertinâ comedendus est agnus, in quo sol declinat, & tendit ad occasum. Quod significat, quòd tu debes cogitare de hora vespertina, scilicet de tua morte; & deponere vanitates: quia, si non deponas ista, non poteris capere Corpus Christi. Sylveira in Matth. 6. q. 15. Guillelmus Pepinus hic: Notandum, quod per hoc instruimur, qualiter debeamus accedere ad Sacramentum altaris, & ipsum suscipere; signanter cum appropinquet in nobis nox mortis.

*Comedetis festinanter.* Ib. Causa hujus cærimonie est, ad ostendendam festinationem comedendi; quòd statim post cibum sumptum recessuri erant. 4. Reg. 4. 29. jussit Eliseus puero suo Giezi citò ire ad suscitandum filium Sunamitis: *accinge lumbos tuos & vade.* Luc. 12. 35, *Sine lumbi vestri præcincti. confestim aperiant ei.* v. 36. Fiebat hoc, ad commemorandum Judæos, ut omnia parata haberent, quando comederent, ad recedendum: cum tantâ celeritas eis ostenderetur, ut etiam comedendo deberent habere apparatus itineris. Novarinus Agn. Euch. Comedat festinanter, id est, ad solemnitatem patriæ cælestis anhelet. S. Gregor. hom. 22. in Evang.

*Reves vestros accingeris, & calceamenta habebis in pedibus.* Ex. 12. 11. Nemo eorum, qui hoc Paschate vescuntur, ad Ægyptum respiciat; sed ad cælum, ad cælestem Jerusalem. Propterea præcinctus, propterea calceatus comedit: ut discas, quamprimum hóc Paschate vesci cœperis, peregrinandum tibi, iterque faciendum esse. S. Chrysost in ep. ad Ephes. f. 23.

*Tenentes baculos in manibus.* Ex. 12. 11. Abulen. in c. 26. Matth. q. 33. jubere, quòd comedendo tenerent in manibus baculos, erat, acsi diceretur: tam citò recessuri estis post cibum sumptum, quòd neque vocabit vobis baculos accipere. Guillelmus Pepinus in c. 12. Ex. debent

tenere baculos in manibus, id est, proficientes se peregrinos in hoc Mundo.

*En colligo duo ligna, ut ingrediar, & faciam illico, mihi; & filio meo, ut comedamus, & moriamur.* 3. Reg. 17. 12. Si scis, te illico morituram, cur de parando pane fatagis? In pane viduæ Eucharistica cœna figuratur; ad quam pergere oportet horâ cœnæ, id est, horâ mortis. Vis comedere ut vivas? sic comede, acsi ad mortem post epulum tibi sit properandum. Escobar tr. 6. Parab. Chr. f. 3. Obs. 2.

*Statue cultrum in gutture tuo.* Prov. 23. 2. Itâ communicare debes, acsi culter in faucibus tuis positus esset; acsi communicando tibi moriendum esset. Stella Meditat. 33.

*Nunc dimitte.* Luc. 2. 29. Cur dicit dimitte, non mori? Cum JESum contempletur, & manibus tenet, mors siletur; & mutató verbó vocatur dimissio, seu migratio: quia ad JESu præsentiam nulla mors, nec illius sentitur angustia. S. Ambros. hic: qui vult dimitte, accipiat in manibus Verbum Dei, contempletur velut quibusdam fidei brachiis. Tunc dimittetur, ut non videat mortem; quia viderit vitam, secundò: *nunc dimitte*: id est, hac horâ, hóc punctò, jube me mori, & ab hac vita migrare. Ubi primum Christum accepit; de morte mox incipit cogitare: ut exemplò suò nos doceat, quòd sacram mensam accedens itâ debeat se parare, ac mundare; acsi illicò è vita esset migraturus. Sylveira hic.

*Recumbe in novissimo loco.* Luc. 14. 10. Novissimus locus mors est. S. Bernardinus t. 4. f. 19. Nuptiæ hæ, juxta Bedam, Bonav. Hugo &c. est mensa Eucharistica: in ea recumbe novissimò locò, id est, consideratione mortis. Sylveira in Luc. 14.

*Misit servum suum horâ cœnæ dicere invitatis.* Luc. 14. 17. Hora cœnæ hora mortis est. Tunc enim dignè Eucharisticæ cœnæ assistant invitati; cum itâ dispositi accedunt, acsi mox è vita essent discessuri. Escobar t. 6. Parab. Chr. f. 3. Obs. 2.

## §. XXVI.

*Quid post Eucharistia sumptionem agendum?*

**Ex Veteri.**

**P**ostea transibitis. Gen. 18. 5. Convivium Abrahæ, figura Eucharistiæ. Convivium enim hoc ad id ordinatur: ut, resumptis viribus, ulterius progrediamur; & transeamus à terrenis ad cælestia; à temporalibus ad æterna. de Ponte in Cant. 1. Exh. 8. §. 2.

*Præcepit, ut egerentur cuncti foras &c.* Gen. 45. 1. Ubi Joseph fratres suos agnovit, cunctos Ægyptios ex aula facessere jussit, ut clam fratres suos amplexaretur, iisque se manifestaret, JESus verus Joseph in aula pectoris tui latet; nisi solus-soli, manifestari renuit. Dic igitur cum Bernardo: manete foris cogitationes mex, & occupationes externæ; subinde vos recipiam, ubi cum sponso meo amoris negotia confecerò. Conchilium unionis matrem, ajunt, ubi matutini roris stillas concepit, continuo valvulas concludere: non modò ut eas ab omnibus alluentis maris fœcibus, & sale, tueatur; verum etiam, ut divite illò unionis germine, quod è cælo ac-

A 222 2

cepit,

cepit, tacite gaudeat, & secunda fruatur. Haud aliter Diva Virgo, *Halma*, abscondita, Verbum DEI roantibus caelis, desuper, casus concludit visceribus; & in secreto cordis sui tantò bonò fruens, sibi gratulabatur: *magnificat anima mea Dominum*. Luc. 1. 46. Doultreman l. 1. c. 4.

Legitur 1. Reg. 1. 18. quòd Anna, mater futura Samuelis, *comedu*; & *vultus ejus sunt amplius in diversa mutati*. Timeant, qui post hunc cibum mutabiliores effecti: Gerson tr. 9. sup. Magnif.

*Surge, comede grandis tibi restat via*. 3. Reg. 19. 5. &c. Longò itinere fatigatus Elias se umbrae arboris, & somno commendavit. Et ecce Angelus, soporatum excitans, panem obtulit illi: quò refeclus se iterum inclinat, & rursus obdormivit. Vix oculos clauserat, & angelus instat: *surge &c.* Quorsum hæc? nonne salutare est viatori à prandio dormire? cur eum excitas? Sanè is erat panis, post quem prillino somno incumbere lethale foret. S. Paschas. l. de Corp. & sang. D. c. 10. idcirco & nostra ad panem percipiendum paranda sunt corda, ut tali epulò refecli ad altiora in fortitudine transeamus. Nemo itaque dignè accipit, nisi qui transit. O quoties re somnò vitiorum sepultum angelicæ voces excitârunt; excitatoque paulisper obtulerunt hunc divinum panem; sed vix à sacro ferculo discedis; & rursus obdormis, ut antea. Baeza l. 3. c. 8. §. 31.

*Ecce ego, mitte me*. If. 6. 8. Isaias calculò ignitò tactus, figurâ Eucharistiæ, cum DEus diceret, *quem mittam?* promptè ait: *ecce ego*. Excusante se Jeremiâ 1. 6. *a a a. Domine nescio loqui*. Sic, ait nobilis author, qui dignè sumit Eucharistiam, eaq̃ mundatur, & inflammat; statim se, omniaque sua, DEO offert, cum magna animi promptitudine ad agendum, quidquid præceperit; & ad exequendum, quidquid ordinaverit. Novarinus agn. Euch.

### Ex Novo.

*Per aliam viam reversi sunt in regionem suam*. Matth. 2. 12. Bethlehem domus panis interpretatur: ipse namque est, qui ait, *ego sum panis vivus, qui de celo descendit*. S. Gregorius M. hom. 8. in Evang. Qui Eucharisticò cibo alitur, manna debet fieri; & ad quodcunque velit, converti. Naxera in appendic. de Euchar. §. 2.

*Orate, ut non intretis in tentationem*. Matth. 26. 41. Quoties dormivit Petrus, nullâ ei de impendente ruinâ injectâ religione? post esum verò agni, ad orationem egressum, & soporatum, non tentatio modò concussit, sed casus evertit. Oliva l. 2. Strom. hic.

*Hymnò dictò exierunt in montem olivarum*. Marci 14. 16. Postquam Christus sacrâ synaxi recreavit Apostolos.

*Posuit in monumento*. Marci 15. 46. Accipiamus Corpus Jesu per communionem, & collocemus in monumento exciso ex petra; hoc est, in anima memori, quæ DEum non obliviscatur. Theophylactus hic.

*Cum ergo accepisset buccellam, exivit*

*continuo: erat autem nox*. Jo. 13. 30. Tunc ut credo, diabolus, nè morando locus penitentiae detur, & quasi à tumultu mentem suam, restitutus cogitans, homo eripiat; hæc de causa festinat, ac impellit. S. Cyrillus Alex. l. 9. in Jo. c. 19. Est & hoc contra eos, qui post Communionem continuo templo exeunt. Sylveira in Jo. 6. q. 12. Quando ultima Cœna communicavit Judas, nocte illâ postremâ; cæteris omnibus recumbentibus, ipse se proripiens excessit. Illum imitatur & isti, qui ante ultimam gratiarum actionem discedunt. Nisi enim exiisset ille, proditor factus non esset. S. Chrysof. hom. de baptismo Christi.

*Surgite, eamus hinc*. Jo. 14. 31. Surgite, qui sedistis, qui manducastis panem doloris; Corpus scilicet meum de proximo immolandum pro vobis. Surgite propere: quia illum panem vivum manducastis, qui dolores pro peccatis omnium à die conceptionis suæ in corde portavit; & dolore sensibili confixus in cruce dolebit. Surgite animâ vigilantî in promptitudine Spiritus. Surgite; mentes vestras ad superna erigite. Contemplamini magnò intuitu, quid egi, quid sim acturus, pro redemptione generis humani. Eamus hinc, ubi accepistis panem cœlestem ad confortationem infirmitatis vestre: non enim iterum tabescere decet ois spiritualmente confortatum. Simon Cast. l. 12. c. 6.

Ab illa mensa, tanquam leones ignem spirantes, surgamus diabolo formidolosi. S. Chrysof. hom. 45. in Joan. 6.

Si affectionem ibi nullam habuit anima, recogitet signum esse infirmitatis, vel mortis. Ignem posuit in sinu, & calorem non sentit? mel posuit in ore, & dulcedinem non percepit. S. Bonavent. de prepar. ad Missam apud Sylveira in Joan. 6. q. 9.

Quoties S. Francisca Romana communicabat, ita Sponsi præsentia disfluebat; ut avulla à sensibus extra se asportata raperetur; tamque suavem inusitai odoris fragrantiam eò loco, ubi Sacramentum acceperat, exhalaret; ut, qui præsentem aderant, tam hybernò, quam æstivò, tempore, locum recentibus rosis, ac lilii, de industria litatum crederent. Doultreman l. 1. c. 4.

V. Maria de Maillaco vidua ante Eucharistiæ sumptionem ex carnis mortificatione pallida, & quasi mortua; post, velut rosa, ejus facies rubescebat. Bolland. 28. Martij.

### §. XXVII.

*Eucharistiam frequentèr sume, non differ.*

**P**anes super mensam Panes propositionis in conspectu meo semper. Ex 25. 30. Hoc argumentum est: Panem Eucharisticum frequenter sumendum; nec enim Sacra mensa patet, ut manum parèe admoveas. S. Chrysof. hom. 60. ad pop. unus sit nobis dolor, hæc escâ privati Velloso in Judith. 5. Paræn. 33.

*Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi*. Num. 11. 14. Dixit Moyses, postquam populus manna fastidisset. Nimirum tunc maximè sentitur onus, & gravis subditorum cura fit, cum cœlestia fastidit; & Eucharisticas delicias sæculi voluptatibus postponit. Novarinus Agn. Euch.

Ambu.

*Ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usque, ad montem Dei Oreb. 3. Reg. 19. 8. Nec ulterius progressus est, sed ibi manit, ubi ad mortem non inveniretur. Sed cur in cibo secundo sumptō sic ambulavit? cur non similiter post primum? v. 6. nonne cibum idem erat? & ab eodem angelo allatus? & ejusdem virtutis? Rabbanus: Elias bis passus exprimit nostræ naturæ infirmitatem; quibus non sufficit simplex passus, quatenus ad superna valeamus ascendere. Vis homo mentis metus ponere? vis non timere? non solum semel, sed & bis, & ter, & sæpe, dapibus Salvatoris vescere. Bæza t. 3. l. 14. c. 10. §. 35.*

*Divites egerunt, & esurierunt. Psalm. 33. 11. Quando egerit divites? quando fidem non habent rectam. Quando esuriunt? quando minimè Domini corpore satiantur. Cassiodorus hic.*

*Comedite amici &c. Cant. 5. 1. Quicumque estis operibus fratres mei, corpus meum comedite, & sanguinem bibite meum. Deinde inebriamini præ lætitiâ; & propter ebrietatem stupore percussit, omnino Mundi sollicitudinem obliviscimini. B. Theodoretus l. 3. in Cant.*

*Accipite. Matth. 26. 26. 27. comedite, bibite Fecit Assverus convivium sumptuosissimum. Eph. 1. 3. fecit & Christus convivium omnium, quæ cogitari possunt, pretiosissimum; quando seipsum alendis animabus in cibum, & potum dedit. De Assveritamen convivio Scriptura loquitur v. 8. nec eras, qui nolentes cogere ad bibendum. Christus verò mandat, ut bibant; adeoque præcepto opus habuit, ut vel divinas illius epulas homo fumeret. Didacus Nisfen. D. 2. Quadr. §. 2.*

*Nunquam dedisti mihi hædum. Luc. 15. 19. Itaque queritur senior filius, eò ipso tempore, quò munificum agitur convivium, & vitulus saginatus apponitur. Cur ex illo nihil accipit? an id effecit parcitas patris? Absit. Causa fuit ipse filius; noluit intrare, & potius voluit foris manere. Divinæ mensæ largitas in promptu est: tu illa te privas, quia non vis intrare; quia non accedis. Psalm. 35. 10. apud te est fons vitæ. Dei domus ubertas, & divinarum torrens voluptatum: ideo nos implet, quoniam apud Dominum est fons vitæ. Si quis aliò divertat, vitæ fontem non inveniet; sed famem, & ariditatem. S. August. tr. 25. in Jo. quoniam apud te est fons vitæ, & non apud nos; Ideo intrare debemus, ut vivamus. Bæza t. 2. l. 14. c. 10. §. 10.*

*Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. Joan. 6. 59. Vix fieri potest, ut pereat; qui frequens est in Eucharistia suscipienda. Notanter dixit, æternandum esse illum, qui manducat. Non qui aliquando manducat, nec cessat, sed frequens est, & continuus tantum conviva epuli. Bæza t. 3. l. 14. cap. 10. §. 35.*

### Ex Patribus, & aliis.

Accipe quotidie, quod quotidie tibi prodest. Sic vive, ut quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. S. Ambrosi. l. 5. c. 4. de Sacramentis.

*Miserere anima tua placens Deo. Eccl. 30. Mendicat à te anima tua: redi ad conscientiam tuam, - & ibi invenis Mendicantem animam tuam. Invenis egentem, invenis pauperem, &c. Anima tua vescatur, nè fame pereat. Da illi panem. Quem panem? ipse tecum loquitur. Tu, si audires, & intelligeres, & crederes Domino; ipse tibi diceret: ego sum panis vivus, qui descendit de celo. S. August. l. 30. de Verb. Dom.*

Sunt, qui arbitrantur, hoc esse poenitentiam, si abstineant à Sacramentis cœlestibus. Hi faviores in se iudices sunt, qui poenam præscribunt sibi, declinant remedia. Objectioni de spirituali Communionem responderet Gilbertus l. 32. in Cant. bonum quidem, desiderare Dominum; sed habere, & frui, melius. Et cum non habes, bonum est mendicare; sed melius manducare. Si enim potes absentem amare, quanto magis cum adest. Ah pereat illa diffidens reverentia; quæ, sub specie Christi honorandi, illi negat obsequium, quam ille tantopere concupivit. Oliva t. 1. conc. 12.

Quantam in se credis habere dulcedinem sanguinem Filij hominis Jesu Christi? ecce sicut irracionales bestia sanguinem hominis: & non sicut ego sanguinem Filij Dei? Bestia quanto plus gustaverint, tanto plus sitiunt sanguinem humanum: & ego fastidiam sanguinem Dei, & hominis, benigni Jesu? S. Bernardus tr. de Pass. Dom. c. 33.

In preceptione Corporis, & Sanguinis Domini magna nobis adhibenda discretio. Cavendum est enim, nè, si nimium differatur, mortis periculum incurrat. Innocentius P. III. c. 42. de sacro altar. myst.

Non parè prandendum ubi cibum invenis DEUM. Petrus Cell. l. de panib. cap. 2.

Si Christus præcepisset nobis recipere venenum amore sui, facere deberemus: & præceptum recipere Corpus suum, & non facimus. S. Vincentius Ferrer.

Zachæus recepit Christum gaudens in domum suam; in quo ejus charitas commendatur. Legimus etiam, quòd Centurio dixit Christo: non sum dignus &c. in quo commendatur reverentia. Quia tamen amor in se præfertur timori; commendabilis esse videtur, quòd aliquis frequentius sumat, quàm quòd rarius. S. Thomas in ep. 1. ad Corinth.

Qui ad Eucharistiam nolunt accedere, nisi sint actualiter devoti, & fervidi; similiter agunt, quasi frigidus nolit ad ignem proximare, nisi prius calidus sit. Gerson tr. 9. Sup. Magnif. Si te retrahit indignitas tua, major alliciat considerata dignatio sua, charitas, misericordia, mitas, atque benignitas. Egrotus an non agit stultissime,

Aaa a 3 me,

mè, cui tantum displicet deformitas ægritudinis suæ; quod aspectum, vel adventum, horret mendicantis manûs alienæ; dum medicus invitat, offert, provocat, astat, ut suscipiatur, & sanetur. Id. ib.

Illud moneo, ut Eucharistiæ Sacramentum sæpius frequentis: hoc enim præcipuum adjumentum est ad sistendum illum frequentem ad peccandum lapsum. Clarius l. 1. or. 1.

## §. XXVIII.

## Communio menstrua.

**I**n Calendis autem & Num. 28. 11. Cur Deus instituit Neomeniam? Nota: Calendæ erant prima dies mensis, quæ & Neomenia, sive Novilunium dicitur. Prima causa: ad recolendum beneficium gubernationis divinæ. Sicut enim Sabbatho celebrabant Hebræi memoriam Creationis; ita Neomeniâ gubernationis divinæ. Secunda: ut Hebræi primitias tam temporis, & mensum; quam frugum, Deo dependerent. Tertia: ut Deo per sacrificia, & preces, decursum totius mensis faustum, & salutarem, ipsò ejus initio peterent, & impetrarent. Quarta: ad Legem Dei, & cæ, quæ illò mense agenda erant, in tabernaculo audiendum. Hac de causa & apud Romanos in Kalendis populus confluebat urbem: ut quisque disceret, & intelligeret, quid eò mense in divinis, humanisque rebus, faciendum incumberet. Hac commodè applica primæ Dominicæ mensis, quâ Christiani religiosiores solent spiritum innovare, confiteri, communicare, Deo pro beneficijs mense elapsò acceptis gratias agere; eique auspicia mensis, totumque mentem offerre, & prospera in eo petere. Cornelius hic.

*Quod fructum suum dabit in tempore suo.* Pl. 1. 3. scilicet in Cæna mystica. Arcones in Il. 3. v. 6. Discursu. 5. Per lignum Eucharistiæ in intelligunt S. Paschal. l. de Corp. & Sangu. D. c. 9. Chrysostr. hom. de pœnit. Rupert. Beda.

*Per singulos menses offerat primitiva.* Ezech. 47. 12. Sept. de novitate sua primitiva dabunt. S. Hieron. fructus ejus in renovatione sui primitiva dabit. Applica communioni menstruæ. Communicantibus apta verba Pl. 91. 13. *justus ut palma florebit.* Germina palmæ ad annum inventum aptabant Ægyptij, teste Horò Apolline l. 1. c. 3. Aliter quoque annum indicantes, palmam pingunt: quòd arbor hæc sola ex omnibus ad singulos Lunæ ortus singulos etiam ramos procreet; ita ut duodecim ramorum productione annus expleatur. Arcones in Il. 3. v. 6. Disc. 5.

*Lignum vite asserens fructus duodecim per menses singulos.* Apoc. 22. 2.

## §. XXIX.

Communio menstrua est motivum fugiendi peccata.

**C**ome, quod moveretur, & vivis, eris vobis in cibum. Gen. 9. 3. Ante diluvium non legitur carnis esus permissus, sed post diluvium. Gennadius in Catena: a diluvio ma-

jori usus est liberalitate: ut sic homines afficeret, ut majores culpas vitarent. S. Albertus serm. 12. de Euchar. notandum est, quòd cum irrationalis creatura, scilicet panis, per Verbum Dei & spiritum ejus, in melius convertitur; quanta sit peccatoris duritia, qui multis verbis, & Spiritus S. circa se operationibus, ad conversionem non reducitur.

Præcepit Deus Moysi Ex. 16. 33. ex manna implere Gomor, & custodire in futuras generationes; posuitque illud Aaron in tabernaculo reservandum. Nota manna simul cum Legis tabulis. Hebr. 9. 4. asseratum fuisse; quia manna eximium erat beneficium, quod ad gratitudinem obligat. Adest ergo juxta manna Lex, ut eam observent Hebræi, tanti beneficii obstricti memoriâ. de Castillo Illat. 90.

Bis Hebræi carnes cupiere; semel cum exierunt ex Ægypto. Ex. 16. 3. semel post acceptum manna. Primâ vice, licet contra Deum, & Moysen, murmuraverint, non eos tamen punivit, DEUS, ut notat S. Cyrillus l. 3. in Joan. c. 34. sed eis liberaliter dedit, quod postulabant. At verò, postquam manna exhibuit Pl. 77. 30. *ad hoc esca eorum erant in ore ipsorum; & via Dei ascendit super eos;* percussique sunt plagâ magnâ. Quia non semel verum manna gustavit, magis punietur ob carnales voluptates, quam qui nunquam. Novarinus Agn. Euch.

*In omnibus his peccaverunt adbus.* Pl. 77. 32. Israelitarum peccatum post acceptum manna his verbis exaggerat regius psaltes. Postquam Angelicò cibo pasci, protecti, roborati &c. Novarinus Agn. Euch.

## §. XXX.

Communio est motivum virtutum, sanctitatis &c.

**S**icut autem minor est numerus, ut sufficere possit ad vestendum aenum, assumet vicinum suum. Ex. 12. 4. Theodoretus hic: hoc præcepit Deus, ut erga pauperes misericordiam eos doceret. Die Jovis Sancto pauperibus, & captivis beneficit. Novarinus Agn. Euch.

*Comedatis festinanter.* ib. Quò ostendit, nè segnis, aut remissus, in operando appareat is, qui Christi particeps factus sit; sed diligentiam, & ardentem sedulitatem in ijs, quæ putet sibi profutura, adhibeat. Cyrillus Alex. lib. Glaphyror. in Ex. 2.

*Qui manducas me, & ipse vivet propter me.* Jo. 6. 58. Id est, ad honorem, & gloriam meam, ordinabit vitam suam. Dionysius Carthusi hic

## Miscellanea.

*Sequimini, sitis inter vos, & arcum, spazium cubitorum duum millum.* Jos. 3. 3. 4. Cur tam à longè? propter reverentiam Arca, inquit Lyranus.

*Erant autem lampades copiose in Cænaculo.* Act. 20. 8. Cur tanta lampadarum copia hic memoratur? cum de illis nulla fiat mentio, quando Petrus venit in domum Mariæ Marci Act. 12. 12. Resp. aderat ibi divinæ Eucharistiæ Sacramentum, ut patet ex v. 7. *ad frangendum*

dum panem. Syr. & Aug. ep. 86. Eucharisti-  
am. Sylveira hic. q. 2.

Ipsē JESUS conviva, & convivium; ipse  
comedens, & qui comeditur. S. Hieronymus  
ep. 150.

Accedens ad Communionem, non expan-  
sis manuum volis accede, neque cum disjunctis  
digitis; sed finitram, velut sedem quandam sub-

jicias dexteræ, quæ tantum Regem susceptu-  
ra est; & concavâ manu suscipe Corpus Chri-  
sti, dicens Amen. S. Cyrill. Jerof. Catech. my-  
stag. 5.

B. Angela de Fulgino vidit Christum  
in Eucharistia cum societate Thronorum. In  
vita.

## TITULUS X. EXAMEN CONSCIENTIÆ GENERALE.

## §. I.

*Symbola, & Similitudines.*

**C**ollegit ergo in agro usque ad vesse-  
ram; & quæ colligerat, virgâ ca-  
dens, & excutiens, invenit hordei-  
ves modios. Ruth. 2. 17. Quid hoc sibi vult?  
quàm te monere constantiæ in bonis tuis exerci-  
tius, usque ad finem diei, totius scilicet vitæ te-  
nendæ; instituendo semper vesperi de eis exa-  
men. de Ponte de perfect. Christiani hom. tr. 2.  
c. 11. §. 2.

*Consideravit semitas domus sua.* Prov.  
31. 27. *Vatablus: speculatur statum domus  
sua.* S. Greg. 35. moral. c. 15. per hanc consi-  
derationem semitarum, id est, actionem, accipit  
examen conscientia: semitas, inquit, domus suæ  
considerat: quia cunctas conscientia: suæ cogita-  
tiones subtiliter investigat.

*Tempus putationis advenit.* Cant. 2.  
12. *Sept. tempus sectionis.* Oportet quoti-  
die certum designare tempus, ad putandos om-  
nes defectus illò die commissos; tunc tibi dicito:  
*tempus putationis advenit;* examinando dis-  
trictè, quid cogitaveris? dixeris? feceris? de Pon-  
te in Cant. hic Exh. 19 §. 4.

*Manus mea stillaverunt myrrham &c.*  
Cant. 5. 5. Tunc manus sponsi myrrham sul-  
laverunt, & digiti, pleni sunt myrrhâ electâ; cum  
non modò promiscuè bona agimus, sed cum sin-  
gulas actiones nostras, dictaque ac facta omnia, si-  
gillatim recensemus, diligentissimeque discuti-  
mus. Philo Carpathius hic.

*Prius sedens computat.* Luc. 14. 28. Se-  
dere illud, est considerare intrâ se secreta consci-  
entia: suæ. *Sedebit solitarius, & tacebit.*  
Threnor. 3. 28. Computare, est prævidere  
per sollicitam considerationem. Unde Glossa:  
omne, quod agimus, prævenire per studium con-  
siderationis debemus. S. Bonav. in Luc.

*In se reversus.* Luc. 15. 17. Extra se ive-  
rat, qui ad se revertebatur. *Redite pravari-  
tores ad cor.* Redit ad cor, qui per compun-  
tionem male actorum in seipso reviviscit, & di-  
scutit conscientiam suam: quia propriâ volunta-  
te suâ, atque perversâ recessit à Deo; & poenam,  
quam justè meretur, agnoscit. Simon  
de Cassia l. 8. hic.

## §. II.

*Motiva Examen faciendi.*

**I**ndicabo tibi, ô homo, quid sit bonum utiq;  
facere judicium. Michæ 6. 8. Revertere  
ad te, ô homo. In te quare accusationem, in te  
quare defensionem, in te quare judicium; imò  
tu esto accusator, & defensor, & judex. S. Ful-  
gentius, hic.

An non codicem domi habes, in quo quoti-  
dianas rationes scribas? habe item codicem in  
conscientia, & quotidiana peccata scribe. Verbi  
gratiâ: cum in lecto tuo jaces, nec quisquam est,  
qui tibi negotium facessat; antequam somnus  
obrepas, libellum in medium produc, & peccata  
tua tecum reputa, dicens apud teipsum: nunquid  
hodiernò die, vel sermone, vel opere, peccavi?  
S. Chrysof. in Ps. 50.

Rationarium nobis faciamus eorum, quæ  
accipimus, & quæ expendimus; quidnam utiliter,  
& bene locuti sumus; & quod otiosum verbum  
protulerimus. Sanct. Chrysof. t. 1. hom. 4. in  
Gen.

Scrutemur suam quisque conscientiam, & ra-  
tionem examinemus; & consideremus, quid in  
hac hebdomade probè actum sit? quid in alia? &  
quale augmentum fecerimus ad sequentem? quas  
in nobis affectiones correxerimus? Id. t. 1. hom.  
11. in Gen.

Cum in lectum, hoc est, ad tranquillum  
portum, te conjecisti, nec ullus est, qui tibi mo-  
lestiam exhibeat; dic cordi tuo, atque animæ tuæ:  
exegimus hodiernam diem, ô anima! quid boni  
fecimus? aut quid mali admisisimus? ac ge-  
hennæ recordare: ut metu affectus bonum au-  
geas; malum autem de medio tollas. Id. in  
Psal. 50.

Negotiator Sæcularis damna, & lucra, quo-  
tidie computat; & si quidem damna perpeffus  
fuerit, ea refarcire sollicitè studet. Sic etiam tu  
charissime serio facias, ac cures. Diebus singu-  
lis vespere, & manè, diligenter considera, quò  
pactò sese habeat negotiatio tua, ac mercimoni-  
ratio. Et vespere quidem ingressus cubiculum  
cordis tui, examina temetipsum, ac dicito: putâ-  
ne hodie Deum in aliquo exacerbavi? nunquid  
verba otiosa protuli? &c. S. Ephrem. serm. de  
vita religiosa.

Redi

Redi per considerationem ad cor tuum, quisquis es, qui sapientiam, & prudentiam, cupis adipisci. Discute assidue teipsum; considera, unde venis? quò vadis? quomodo vivis? quantum quotidie proficis? quantum deficias? Sanct. Laurentius Justin. de prudentia cap. 6. Lign. vit.

Habet judex iste in manu stateram, in qua perpendit inter duo pondera, unum meriti, & unum peccati. Prævide te homo: senti pondus tuum, antequam veniens ille in sua statera te suspendat. Considera statum tuum, & esto tibi ipse statera. Vide, quid plus est in opere tuo, aut quæ pars in actibus tuis exuberat? sinistra? an dextera? Sanct. Laurentius Novariensis.

Prudentis est, officium, examinare cordis desideria; examinare verba, examinare consilia, examinare opera; ut sic sapienter fiant omnia. Sanct. Bonaventura f. 17. de Sanct. Stephano.

Utor hac potestate, & quotidie apud me causam dico. Cum sublatum è conspectu lumen est, & contigit uxor, moris mei jam conscia; totum diem meum scrutor; facta, ac dicta, mea rememor. Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo. Quare enim ex erroribus meis timeam, cum possim dicere: vide, nè istud amplius facias; nunc tibi ignosco, Seneca l. 3. de ira cap. 36.

In Chinesium libris sigillatim commendatur continuum suspensum, actionumque suarum; ac præcipue earum, quæ in aliorum oculos non incurrunt, examen. Eam ob causam magni faciunt secessum ad villas, & loca solitaria. Quod nonnulli faciunt, ut diligentius vacent contemplationi luminis naturalis, & se ipsi reforment, revocando se ad pristinum statum; in quo, ut ipsi loquuntur, de cælo conditi sunt. Ex Hieris P. Nicolai Longobardi Ao. 1798. ex China.

§. III.

*Conscientiæ Examen particulare.*

Quid faciemus, ut salvemur? aggrediamur virtutem, cum tempus habemus: distribuamus virtutes nobis, sicut sibi distribuunt agriculturam agricolæ. In hoc mense vincamus detractiones, injurias, iracundiam, insultum, & dicamus: hodie ab hoc nos vitio corrigamus; in illo autem mense patientiam doceamus; & in alio aliam virtutem. Et cum hanc virtutem in habitu perceperimus, ad aliam transeamus. S. Chrysol. hom. 24. in ep. ad Hebr.

Dicebat Abb. Serapion: Unusquisque vitium, quò maxime infestatur, explorans, adversus illud arripit principale certamen; omnem curam mentis, ac sollicitudinem, erga illius impugnationem, observationemque, defigens; adversus illud quotidiana jejuniorum dirigens jacula; contra illud cunctis momentis cordis suspiria, crebraque gemituum tela, contorquens; adversus illud vigiliarum labores ac meditationes sui cordis, impendens; & impugnationis suæ extinctionem ab illa specialiter, ac jugiter poscens. Cassianus. Collat. 5. c. 14.

Tritum est exemplum Senis in vitis Patrum: cui cum quidam quereretur, se vitis oppletum, ac proinde de eorum extirpatione desperare; jussit ille, ut secum hortum quandam carduis, sentibusque oblitum, expurgaret. Quotidie igitur operi manum admovendo sensim omnes extirparunt, hortumque plene intra paucos dies expurgarunt. Tum senex ad juvenem: fac, inquit, o fili similiter in agro animæ tuæ: quotidie aliquod vitium extirpa, idque constanter urge, & continua: ita sensim omnia evelles, & animum primævo nitore restitues. Cornelius in Prov. 24.

## TITULUS XI. EXEMPLUM.

§. I.

*De bonis, & malis in genere.*

Quales erant virgæ, quas Jacob. Gen. 30. 39. In aquis ostendit; tales illæ concipiebant foetus: quia subditi sequuntur exempla majorum sive bona, sive mala. Stella p. 1. c. 25.

Præcedente columnâ Israel procedebat; sed quando stabat quieta, populus quoque quiescebat. Ex. 33. 10.

Compelle intrare. Luc. 14. 23. Cogis exemplo facti tui: facta enim Superiorum non tam invitant, quam cogunt, subditos ad imitationem. Cajetanus.

Ut hirundines veris, flores fructuum, nuntij sunt: sic de hero moribus ex ancillis judicari potest. S. Gregorius Naz. advers. mul. ambitiosius se ornantes.

§. II.

*Exempla bona.*

Num. I.

*Figura, Symbola, & Similitudines.**Ex Veteri.*

Fecitq. Deus duo luminaria magna. Gen. 1. 16. Cur Luna ponitur inter luminaria magna? cum omnium, excepto Mercurio, minima sit? Nimirum vulgi æstimatione: oculorum enim judicio ob propinquitatem, maxima omnium post solem videtur. Sic non vulgi tantum, sed Dei etiam, judicio illa virtus plura habetur, quæ lucet coram hominibus; qui videntes opera nostra glorificant Patrem nostrum. Fernandus hic. sect. 6.

Quem-

Quemadmodum Jacob, cupiens suas oves concipere agnos maculosos, apposuit virgas decaricatas, quæ varios facerent colores, ut oves eas aspicerent tempore conceptus. Gen. 30. 37. Ita Christus Dominus noster posuit in Ecclesia sua multitudinem Sanctorum in omnibus statibus; ut ejus Electi in suis actionibus concipiant opera ipsi similia. Justorum enim, ut Ezechiel de mysticis suis animalibus dixit, *aspectus sunt quasi carbonum ignis ardentium*. & quasi *aspectus lampadarum*. c. 1. 13. de Ponte de perfect. hom. Christ. t. 2. c. 11. §. 2.

*Ignis in altari semper ardebit*. Levit. 6. 12. *quem nutrit Sacerdos*. S. Gregor. l. 15. mor. c. 7. Altare Dei est cor nostrum, in quo jubetur ignis semper ardere: quia necesse est, ex eo ad Dominum charitatis flammam indefinenter accendere. At quæ ligna? subjicit idem: quasi quædam fomenta igni dare, est in excitatione charitatis exempla Patrum ministrare.

*Comede, fili mi, mel, quia bonum est &c.* Prov. 24. 13. noster P. Alvarez de Paz l. 4. de dignit. perfect. p. 3. c. 38. per mel, & favum, accipit sancta virtutum exempla: Vita Patrum nostrorum, inquit, est mel; quia ejus memoria suavissima est, & sapor, sive imitatio dulcissima.

*Flores apparuerunt in terra nostra*. Cant. 2. 12. Flores exempla Sanctorum. Hugo Card. hic. Inveniuntur viri virtutum tanquam ligna fructifera in horto sponsi, & in paradiso Dei: de quorum bonis actibus, ac moribus, quot sumis exempla, tot carpis poma. S. Bernardus l. 23. in Cant.

*Ostende mihi faciem tuam*. 2. 14. id est, ostende filijs meis, quos tibi commisi, bonum exemplum de te, bene vivendo. S. Thomas hic lect. 2. Quæ in abdito secreta quietis, quasi columba in foraminibus petrae, delitescere cupis; precor, ut in publicum actionis procedas, ostendâsque ex operibus fidem tuam; & quid intus plenitudinis habeas, alijs etiam foris in exemplum declares. V. Beda l. 3. hic.

*Surgam, & circumibo civitatem*. Circuit cogitatione conventum bonorum; & in eis exempla melioris vitæ, & virtutum documenta capiat. Per humilitatem enim reputat sibi deesse virtutum ornatum, & cordis munditiam, per quæ sponsum invenire mereatur: domum mentis, quamvis vacantem à vitijs, sed minus ornatam virtutibus indicans. Quam ut decentius ornet, Sanctorum virtutes circumiens, & perustrans, & specialem gratiam uniuscujusque explorans; & ab alio humilitatis, ab alio patientiæ, ab alio obedientiæ, ab alio abstinentiæ, ab alio charitatis, ab alio puritatis, flores decerpens. Richardus à S. Viêt. hic.

*Comedite, & bibite &c.* Cant. 5. 1. id est, Sanctorum bonis actibus congaudete, & illos vobis ad imitationem proponite. Sanct. Thomas hic.

*Quàm pulchri sunt gressus tui*. Cant. 7. 1. Quid sunt calceamenta Ecclesiæ, nisi exempla præcedentium Patrum, quibus in via Mundi hu-

*Polyanth. Sacr. Tom. I.*

jus munitur; ut per omnes tribulationes, quæ exurgunt, confidenter calceata gradiatur. S. Gregorius hic.

*Via Sion*. Thren. 1. 4. sunt Sancti, dantes exempla vitæ. S. Bonav. hic.

*Aspectus eorum quasi carbonum ignis*. Ezech. 1. 13. Quia sancti viri, dum quosdam juxta se positos quasi tangendo ad amorem patriæ cælestis accendunt, carbones sunt. S. Gregorius hom. 5. hic.

*Fili hominum, ostende d. mihi Is. a. l. templum; & confundantur ab omnibus iniquitatibus suis &c.* Ezech. 43. 10. Præcipit Dominus Ezechieli, & Prædicatoribus, proponere, & ostendere, populo Dei templa illa magnifica Sanctorum; ut videant eorum vitam, & conversationem. S. Thomas Vill. conc. 2. de S. Joan. Bapt.

### Ex Novo.

*At illi continuo relicti retibus secuti sunt eum*. Matth. 4. 20. Ut piscatores fiant, vocantur; & tamen abjiciunt retia Apostoli. Nunquid sine retibus itis piscatum? Equidem piscaturus homines, relinquit retia, solis utatur manibus: nam operum exemplo homo capitur. Licet mutus fias, licet solum bonis operibus manus applies; procul dubio eris homines capiens. Baczat. 2. l. 6. c. 1. §. 25.

*Cum jejunas, unge caput tuum*. Matth. 6. 17. Ungi postulat & à nobis: ungit Christum, qui bonus ejus odor est in omni loco. S. Bern. l. 1. in capite jejuniij.

*Nonne bonum semen seminari?* Matth. 13. 27. Semen bonum, id est, triticum, viri probi sunt. S. Ignatius M. frumentum Christi sum. Dicuntur semen: quia, seminis instar, alios sibi similes producant, exemplo, & verbo. Barradius t. 2. l. 9. c. 3. D. 5. Epiph.

*Lucernas ardentes in manibus*. Luc. 12. 35. In manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. S. Gregor. hom. 13. in Evang.

*Calceamenta in pedibus ejus*. Luc. 15. 22. Pedes calceantur exuvijs animalium: quia exemplis præcedentium Patrum muniuntur. S. Amedeus hom. 2.

*Dans illi manum, erexit eam*. Act. 9. 41. Contactâ manu Petri Tabitha refurgit: quia languescens anima peccatis nullò melius ordine, quam Sanctorum exemplis, convalescit. V. Beda hic.

*Libri aperti sunt*. Apoc. 20. 12. Justorum debemus vitam conspiceret, ut subtiliter deprehendamus nostram. Illorum videlicet species, quasi quædam forma nobis imitanda proponitur. Quia viva lectio est vita bonorum, unde, & non immeritò, idem justi in sacro eloquio libri nominantur. S. Greg. l. 24. mor. c. 6.

### Ex Patribus.

Beatorum virorum vitæ literis traditæ, velut imagines quædam vitæ, divinæ Reipublicæ, ad bonorum operum imitationem propositæ sunt. Sanct. Basilius ep. 1. ad Gregor. Nazianz. Et paulò post: quem-

Bbb b admo-

admodum pictores, cum imaginem ex imagine pingunt, frequenter ad exemplar respicientes, lineamenta exinde ad suum opificium transferre contendant; sic oportet eum, qui studet seipsum omnis virtutis partibus perfectum efficere, ad sanctorum hominum vitas, velut ad statuas nobiles, & actuosas, oculos intendere; atque illorum bona per imitationem sua facere.

Nox est vita praesens; sol iustitiae Christus: qui tamen, nostrae per omnia salutis memor, nequaquam noctem vitae huius prorsus obscuram reliquit; sed, velut in caelo stellae figens, Sanctorum nobis exempla, per quae inoffenso pede nostri operis incederemus, proposuit. V. Beda l. 4. in Cant. 4.

Succinum. Lem. *Non vi, sed virtute.* Picinelli.

Panthera suaviter odore attrahens feras. Lem: *Alliis omnes.* Vel. *Non vi, sed gratia.* Id.

Pisces minores sequentes majorem. Lem. *Sic tua nos virtus.* Aloysius Estens, Card.

Num. II.

*Bonorum Exemplorum vis, & efficacia.*

*Ex Veteri, & Novo.*

*In dextera eius ignea lex.* Deut. 33. 2. non in lingua.

*Trabe me, post te curremus in odorem unguentorum tuorum.* Cant. 1. 3. Sponsa indiget trahi; adolescentulae non indigent? O pulchra! edisere nobis huius distinctionis rationem. Nunquid majorem charitatem adolescentulae habent, ut ipsae non indigeant trahi, sed sola sponsa? Non curram ego sola; est solam me trahi petierim: current adolescentulae mecum. Curremus pariter: ego odore unguentorum tuorum; illae meo excitatae exemplo, atque hortatu. S. Bern. f. 21. in Cant. Cur non dixit: trahere nos post te, curremus? omnes enim egent excitandi gratia. Ipsa sola attrahitur; & omnes excitantur ad cursum, exemplo unius excitatae. Arcones in II. 2. Disc. 3.

*Fuge dilecte mi.* Cant. 8. 14. Exemplo celeritatis, & alacritatis, ad caelum sibi praecurrere Dilectum optat sponsa. Hortatur, ait S. Ambros. l. de bono mortis c. 5. quia jam sequi potest etiam ipsa terrena fugientem. Mendoza in 1. Reg. 3.

*Vadant habitatores unus ad alterum dicentes &c. vadam etiam ego.* Zachar. 8. 21. Verus Judaeus est religiosus Dei cultor, omnis virtutis speculum: quem dum saeculares vident, spiritu Dei instincti dicunt: *ibimus vobiscum: audivimus enim, quoniam Deus vobiscum est.* Corn. hic.

*Quam transiret inde Jesus, vidit hominem &c.* Matth. 9. 9. Cur obiter? cur in transitu? Petrus Chrysol. l. 28.

Non dixit, cum staret ibi; transivit, & pertransivit ibi Jesus. Ne Mattheus remaneret ibi, transivit Jesus inde; ne Mattheus ibi totaliter permaneret. Frustra discipulum e telonio magister separare conaretur, qui in eodem persisteret telonio. Ramirez in ep. Chr. 1. Apoc. 1. 20.

*Ecce ego mitto vos sicut oves.* Matth. 10. 16. Dicendum videtur, mitto vos sicut pastores inter oves; ut lupos arceatis, & commissum gregem regatis. Est sermo de animarum custodia, quae optime reguntur bonis exemplis, quam vi. Ovis mansuetus vel lupos cicuravit in oves. Pinna in Eccl. c. 10.

*Ex Patribus, & aliis.*

Si vel decem de nobis tantum recte egerint, brevi decem viginti fient, 20. 50; 50. 100, 100. 1000. mille, civitas. Et sicut decem lucernis accensis omnem domum facile quis lumine implere poterit; Sic & in officiis spiritualibus, si decem soli recte egerint, flammam per totam civitatem incendimus, habentem lumen & securitatem nobis afferentem. Non enim sic flamma in materia dilapsa vicina semper ligna incendit; sicut virtutis Zelus in paucas lapsus animas, ulterius procedendo, omnem implere civitatem poterit. Sancti. Chryostomus hom. 6. ad pop. Antioch.

Si ad boni incitamentum divina, quibus admonemur, praeccepta deessent; pro lege nobis Sanctorum exempla sufficerent. Orandus est Deus, ut virtutes, quas Sanctis preparavit ad coronam; nobis ad profectum sint posita; non ad poenam. S. Ildorus l. 1. sentent. c. 11.

*Exempla*

S. Lucianus M. sola oris modestia vultusque serenitate, ac compositione, Deum verum non semel astantibus persuasit. Et Imperator Maximianus, timens, ne sibi, quod aliis, eveniret; ut ex Luciani videlicet aspectu Christianus fieret; illum non nisi eminenti positum alloqui voluit. S. S. 7. Jan.

Eusebius gerens curam gregis, non multis verbis opus habuit ad docendum: sufficiebat enim vel solus aspectus, ut vel tardissimum celerem efficeret ad cursum virtutis. S. Theodoret. histor. PP.

Erat S. Macarius Alexandrinus, & alius Macarius, cum tribunis in una navi, sedentes in angulo. Unus ex tribunis dixit ad eos: beati vos, qui Mundum illuditis! cui ille: nos quidem Mundum illudimus; vos autem illuditis Mundum. Tribunus exemplo eorum vitam elegit solitariam. Bolland. 2. Jan.

Num. III.

*Exempla efficaciora verbis.*

*Ex Veteri, & Novo.*

*Tulit Dominus Deum hominem &c.* Gen. 2. 15. Cur non cum Adamo Eva formatur? Ne praecceptum laborandi sit irritum, in paradiso illam finxit, ut Adam ibi videret Deum laborantem. Naxera in Jos. 1. §. 30.

Obediente Deo voci hominis stetit Sol. Jos. 10. 13. 14. Cur non dicitur jubente, sed obediente? ne sol, & luna renuant parere; si praecipientem non videant obedire. Id. ib.

Posuit

*Posuit os meum quasi gladium acutum, & posuit me sicut sagittam electam.* II. 49. 2. Ubi Cyrillus Alex. per gladium, qui est in ore, verba doctrinae; per sagittam, vitæ exempla intelligit. Sagitta magis penetrat, & ad longius spatium pertingit. Hinc est, quod cum David Christo Domino gladium tribuat, & sagittam, nullas tamen ex gladio strages memorat, plures ex sagitta. Pl. 44. 4. *Accingere gladio tuo &c.* sed ubi strages? nulla. paulo post: *sagitta tua acuta, populi sub te cadens.* v. 6. Mendoza in 1. Reg. 1.

*Ut quemadmodum ego feci &c.* Jo. 13. 15. Non dixit, quemadmodum ego dixi. S. Gregor. Naz. opus enim sermone fortius est; & validior operis, quam oris vox. Auditur Philosophus, dum videtur. Tertul. l. de pallio.

*Cepit Iesus facere, & docere.* Act. 1. 1. Pacatus in Panegyri. Theodosij Imp. exasperat homines imperata correctio; blandissimè iubetur exemplò. S. Chrysof. nihil doctore frigidius, qui verbis tantum philosophatur: neque enim hoc doctore est; sed hystrionis, & hypocritæ. Cornelius hic.

### Ex Patribus, & aliis.

Nihil prodest, aliquem exercitatum esse in dicendo, & ad loquendum trivisse linguam; nisi plus exemplò docuerit, quam verbò. S. Hier. in ep. ad Titum c. 2.

Idcirco nos ille elegit; ut simus quasi luminaria, ut veluti fermentum evadamus, ut Magistri cæterorum efficiamur, ut veluti Angeli cum hominibus versetur in terris, ut tanquam viri cum infantibus pueris, quasi spirituales cum animalibus: ut ex contubernio nostro ingentia illi lucra conquirant, ut semina simus, ut fructum lætissimum afferamus. Nihil opus esset verbis; si in hunc modum vita nostra sanctitatis luce fulgeret. Nihil Magistris opus esset; si virtutis probos actus præferremus. Nemo profertò gentilis esset; si ipsi, ut oportet, Christiani esse curaremus. &c. S. Chrysof. hom. 10. in ep. 1. ad Timoth. c. 3.

Si quis, etiam linguâ tacente; proximis exempla bonæ actionis ostendit, eosque ad imitanda, quæ neglexerant eleemosynæ, vel hospitalitatis, vel aliarum opera virtutum, convertit; officium profectò Doctoris exequitur. V. Beda in ep. S. Jacobi c. 7.

Quare triginta annis nos docuit Christus, nec signa fecit? Exempli gratiâ venit in Mundum: ideo voluit prius facere, & tunc docere. Sanctus Anselmus in Elucidario.

Sermo vivus, & efficax, exemplum est operis; faciliè faciens suafibile, quod dicitur; dum monstrat factibile, quod suadetur, &c. Sanct. Bernardus ep. 200. ad Balduinum Abbatem.

Non potest autoritatem habere sermo, qui non juvat exemplò, dum iniquum sit, bona præcipere, & talia non fecisse. Cassiodorus l. 11. var. 8.

*Polyanth. Sacr. Tom. 1.*

Num. IV.

### Exempla bona Superiorum sequuntur subditi.

Symbola.

*Steterunt aquæ descendentes in loco uno, & ad instar montis intumescientes.* Jos. 3. 16. Sacerdotes arcam portantes Jordanis fluctus ingressi sunt; & quod mare rubrum fecit, imitatus est fluvius. Naxera in Jos. 3. §. 33.

*Sol contra Gabaon non movearis, & Luna contra vallem Ajalon.* Jos. 10. 12. Steteruntne alia quoque sidera? Toftatus q. 22. videtur dicendum, quod, stante sole, tota cœlestis machina steterit, & etiam ipsum primum mobile, quod conjicitur ex litera; cum dicatur, quod *steterunt sol, & luna.*

*Laudate eum Sol, & Luna; laudate eum omnes stellæ, & lumen.* Pl. 148. 3. Quia Sol, altiorum princeps, prior in dignitate, prior Deum debet laudare. Escobar t. 1. mir. Chr. Obs. 2. Sect. 2.

*Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum eris.* Match. 6. 22. S. Ambros. l. de dignit. Sacerd. c. 6. Si Episcopus, qui lumen promeruit præesse in corpore, simplicitate est sancta & innocentia decoratus; omnis Ecclesia splendore luminis irradiabitur.

Num. V.

### Testimonia, & exempla.

Ex Veteri.

*Ingredieris arcam tuam.* Gen. 6. 18. deinde: *ex cunctis animantibus.* v. 19. Nihil erga subditos exemplò Superioris potentius. Fernandus hic. Sect. 7.

*Eadem die circumcisus est Abraham, & Ismael filius ejus, & omnes viri domus illius.* Gen. 17. 26. 27.

*Tunc cecinit Moyses, & filij Israel, carmen hoc Domino.* Ex. 15. 1. Moysè præcemente, carmine consonò canticum Domino universi pariter decantârunt. S. August. l. 1. de mirab. c. 1.

Si quis homo in via occisus, incertò auctore, prope aliquam urbem deprehendebatur, præcipiebat Deus, ut principes illius urbis ad quaestionem vocarentur: Qui si jurati dicerent: *manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, neque oculi viderunt;* mox tota urbs ab homicidio immunis credebatur. Deut. 21. 7. &c. Sed cur non fiebat ulterius quaestio in populares, si quis eorum reus deprehenderetur? Respondet Rabbi Salomon: quia plebs adeò in facta principum conspirat; ut, si hi innocentes sint, procul dubiò & vulgares homines criminis expertes censentur. Mendoza in 1. Reg. 6. v. 18.

*Ego, & domus mea, serviemus Domino.* Jos. 24. 15. Abulens. q. 11. id est, licet omnes vos declinetis ad idola; tamen ego, & domus mea, id est, qui pertinent ad familiam meam, & cognationem;

Bbb b 2

ter.

feruiemus Deo, non deserendo legem Dei. O beatum hominem, qui ita familie suae praefuit; ut ab ea nihil timeri possit religioni contrarium. Magna spondet de suis, quos verbo, & exemplo, instruxerat. Naxera hic §. 37.

Feliciter pugnavit. Aod contra Moabitae Judic. 3. 27. 28. Quid milites in eo praelio animavit? exemplum Ducis: *descenderunt cum eo filij Israel, ipso in fronte gradiente, qui dixit ad eos: sequimini me.* Non minus illustri victoria Gedeon Judic. 7. 17. *quod me facere videtis. Abimelech: quod me videtis facere, cito facite.* Appropinquans ostio ignem supponere nitebatur. Abulen. q. 52. haec faciebat ad excitandum suos: nam, ut omnes promptius agerent, ipse praecedebat. 1. Reg. 8. 20. *judicabit vos rex noster, & egredietur ante nos.* 1. Reg. 14. 12. *Jonathas: ascendamus, sequere me.*

*At ille noluit bibere; sed libavit eam Domino.* 2. Reg. 23. 16. Vicit naturam, ut sitiens non biberet. Et exemplum de se praebuit, quod omnis exercitus tolerare sitim disceret. S. Ambr. Apolog. in David c. 7.

*Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij: confiteues eos principes super omnem terram; memores erunt nominis tui - propterea populi confitebuntur tibi.* Pl. 44. 17. 18. 19. iste versus; *principes memores erunt nominis tui,* verus esset de Praelatis; sequens versus verus esset de subditis, *propterea confitebuntur tibi* &c. quod si boni sunt praelati; boni erunt, & subditi. Hugo Card.

*Spiritus principali confirmame.* Psalm. 50. 14. *Confirma me, dixit, ne iterum peccem.* Quid lacrymarum tunc Israeliticum populum profudisse credamus, ubi tanta princeps afflictione plangebat? quis enim illo flente non fleret? quis dolente non gerneret? quando pro gemmato diademate rex cinerem gestabat in capite, canus pulvere, non aetate? noluit enim se videri forinsecus ornatum, qui se intus noverat foedissimum. Pulchrior sordibus suis, qui pomapam saeculi respuit in delictis. Dolor unius cordis fuit mirum correctio civitatis. Cassiodorus hic.

Isaias c. 6. §. 7. & se polluta labia habere fateatur, & populum. Sed unum tantum remedium duplici malo adhibetur. Solius Prophetae labia mundantur: quia in eo reliqui correcti. Pina in Eccl. Ethol. 112.

*Inebriabo animam Sacerdotum pingue dicit, & populus meus bonis adimplebitur.* Jer. 31. 14. S. Laurentius Justin. de triumph. &c. c. 13. hominum redemptio, Pilati mediante uxore Matth. 27. 19. ne fieret, laborabat Sathanas. Consultius propositi sui poterat obtinere effectum; si, quos inflammaverat, Sacerdotum animos everteret.

Si vulgus vidisset, suscipi a Sacerdotibus, & principibus suis, Christi patrocinium; facile sententiam mutasset. Cassiodorus l. 3. ep. 12. facilius est, si dicere fas est, errare naturam; quam dissimilem sui princeps possit formare Rempublicam. Seneca quaest. natur. l. 1. c. 1. neque mi-

rum est, si in terris omnis generis, & varia evaporatione est; cum in caelo quoque non unus appareat color rerum; sed acrior sit Caniculae rubor, Martis remissior, Jovis nullus. Quaris: unde illa in vulgo mentiendi, jurandi, blasphemandi &c. consuetudo? an non scis, quanta sit planetarum vicissitudo? quanta principum, & superiorum, vivendi licentia? Didacus Niss. polit. ccel. p. 2. l. 3. c. 9. Exempli vis.

*Quomodo sedet sola civitas?* Thren. 1. 1. *Plorat Jeremias copiose fortunam sinistram populi. Quid Ierosolyma tota? plorans ploravit in nocte v. 2.* Jam non fastinet plorantem Prophetam. S. Paschas. hic: omnis populus ejus gemens. Vide, quid profuerit, quod Propheta ploraverit? Velloso in Judith. 4. Patren. 18.

Famem sibi rex primus indixit, Jon. 3. 6. & solus omnium causa prior cepit esurire, quam miles. Necessesse enim erat, ut qui potentior cunctis fuerat, devotior fieret universis. S. Maximus hom. de jejuia. Ninivitarum.

### Ex Novo.

*Iratus Herodes.* Matth. 2. 16. Cur Herodes irascitur de adventu Magorum, non vero de adoratione pastorum? S. Chrysol. f. 150. puerum quarebat diabolus per Herodem, qui videbat Magos sibi, quos habebat in erroribus suis principes, aufugisse; sentiebat, quod Christus doctrinis, virtutibus, vitam mox repararet, & mundum totum; qui adhuc vagiens ipsum, quod erat mundani verticis, occuparet. q. d. timebat, ne post eos totus ad Christum Mundus traheretur, eorum emendatus exemplis. Sylveira hic. q. 3.

*Ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum Discipuli ejus.* Matth. 8. 23. quia ut notat Abulen. Christus prius intravit in naviculam; quam illi: quia Christus erat Dominus, & quod vadit Dominus, eo vadunt famuli. Sylveira hic.

Rex ipse multos ad nuptias filij invitavit Matth. 22. 4. *sed noluerunt venire.* Res mirra? quod ad nuptias, ad epulas &c. venire noluerint. Eidem illi Domino opus erat vincere cultoribus. Matth. 20. cum quaereret omnibus horis, habuit obvios, paratosque, summam manam, meridie, vespere. Quid hoc? ad gaudia, comedendum, nolunt venire; ad laborandum, sudandum &c. vocati facile sunt secuti? Videte, quid dicat Evangelista: ut ad nuptias invitati venirent, *misit servos suos;* ad conducendum vero operarios ipse *exiit primo mane.* Hinc intellige vires exempli. Nam quando superior non est praesens, nihil obtinet apud subditos suos; licet eos ad mensam, ad festa gaudia, invitet. At quando superior ante solem de multa nocte surgit, ipsaque excurrit; tunc omnes facile ad nutum suum movet, & adducit, ubicunque illorum opera eget. Didacus Niss. fer. 6. Dom. 5. Quadr.

Hodie

*Hodie salus domus huic facta est.* Luc. 19. Cajetan. Significatur, salus facta non solum Zachæo; sed familiæ ejus similiter. Sed cur etiam familiæ? Ille dolore, & lacrymis, dolebat sua scelera; ergo similiter fecit familia. Didacus Niss. Vita Abrah. l. 6. c. 8.

*Credidit ipse & domus ejus tota.* Jo. 4. 53. Fit, ut qui sunt in sæculi culmine constituti; aut plurimos secum perdant; aut secum multos in via salutis acquirant: solummodo utiq; probè, aut improbè, operando. S. Fulgentius ep. 6. ad Theodorum.

*Dicit ei, sequere me.* Jo. 21. 19. Cur hoc tantum Petro dixit? illum suarum ovium pastorem creavit: significans; quòd si cœteris præpositus primus omnium cœlestium hunc Ducem secutus fuerit; facile ipsum etiam cœteri sequentur. Diez conc. 2. in festo S. Jo. Evang.

*Timens DEum cum omni domo sua.* Act. 10. 2. Audite omnes, qui regibus assistitis. Pius inquit, erat, ac timens DEum. Et quòd maius, talis erat cum omni domo sua. Ità erat huic rei intentus, ut non solum sua bene conlitteret; sed etiam in ministris suis istud faceret. S. Chrysostr. hom. 33. in Acta.

*Baptizatus est ipse (custos carceris) & omnis domus ejus continuò.* Act. 16. 33. Exemplum boni patrisfamilias sequuntur subditi. Id. hic.

Mulier illa Lydia, ubi ipsa baptizata est, totam suam familiam baptizari fecit. Act. 16. 15. Similiter archisynagogus Actor. 18. 8.

Num. VI.

*Exempla bona suadentur, præmiantur.*

*Divisa est aqua, & ingressi sunt filii Israel.* Ex. 14. 21. 22. Gloriosè magnificavit Dominus tribum Juda ad Sceptrum, & regnum vocando. Ex eadem tribu originem Rex regum Christus duxit. Cur hæc tribus aliis omnibus anteposita? propter egregium ejus facinus. Narrat Lyranus, ex sententia communi Hebræorum tribum Juda post Moysen ante omnes ingressam fuisse per divisionem aquarum; quam aliæ tribus subsecutæ sunt. de Castillo Illat. 79. Dicunt Hebræi, quòd mari rubro divisò, & Moysè in illud ingressò; cum cœteræ tribus timerent eum sequi, Aminadab cum tribu Juda, in qua principior fuit, primus secutus est Moysen: quòd visò aliæ tribus secutæ sunt. Unde per hoc dicunt tribum Juda meruisse principatum, & regnum. Dionysius Carthus. in Matth. 1.

*Itaq; post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Juda; sed neq; in his, qui ante eum fuerunt.* 4. Reg. 18. 5. Abulens. hic q. 19. ait, scripturam non dicere de aliquo ei non esse similem, ad excludendum, vel negandum majorem perfectionis gradum in alio; sed solum ad significandam majorem perfectionem secundum aliquam virtutem specialem. Sic enim ab Ecclesia de quolibet Confessore dicitur Eccli. 44. 20. *non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excepsi.* Et tamen hæc verba de uno solo Confessore non possunt intelligi; cum pluribus aptentur. Sensus ergo est circa aliquam virtutem, in qua hic Confessor specialiter floruit,

*non est inventus similis illi.* Abulens non fuit Josias similis Ezechia: quia licet Josias destruxerit omnem idololatram; tamen non fuit ei, similis: quia Ezechias fecit hoc à seipso, non habens aliquem priorem, cujus sequeretur exemplum. Josias autem secutus est exemplum Ezechia: Magna enim laus est, quòd aliquis fecerit bona, quæ nullus antea fecit. de Castillo Illat. 79.

*Ipse autem genuit David regem.* Matth. 1. 5. Cur in genealogia Christi de solo David dicitur, quòd fuerit rex? Cajetanus hic: David primus rex in genealogia Christi fuit Salvatoris; propterea Evangelista descripsit eum regem, Gloriâ magnâ donatur, qui dant primordia rebus præclaris. de Castillo Illat. 106.

*Beati pauperes spiritu.* Matth. 5. 3. Omnes beatitudines, quas locutus est in Evangelio JEsus, suò firmat exemplò. Origenes hom. 38.

*Sanctificetur nomen tuum.* Matth. 6. 9. Tunc nomen DEI sanctificatur in nobis; cum sanctitatem per nos in eo cognitam imitatur. Sanctificatur etiam nomen DEI in nobis per proximam ædificationem: ut, sicut Christiani vocamur nomine, sic virtutem Christianitatis monstremus per exemplum in opere. S. Bernardus l. 6. a. 3. *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum.* Tit. 2. 7.

Via Incarnatæ Sapientiæ est omnis actio, quam temporaliter gessit. Viæ ejus sunt vivendi ordines, quos ad se venientibus stravit. Tot itaque ad se venientibus vias præbuit, quot bene vivendi exempla monstravit. S. Gregorius mor. l. 25. c. 11.

Eligitur Petrus, super quem fundata est Ecclesia; & Jacobus, qui primus de Apostolis martyriò coronatus est; & Joannes, qui Virginitatis est exordium. S. Chrysostr. hom. 8. in Marcum. Cur hos Christus tantum secum assumpsit.

§. III.

*Exempla mala.*

Num. I.

*Vis, & efficacia.*

*Comedit, deditq; viro suo.* Gen. 3. 6. Quæ non usus est serpens rhetoricâ ad persuadendum Evæ! memoria præcepti divini, & timor mortis, erant duo fræna, quæ refrænabant appetitum. Eva verò Adæ solò exemplò, nullò verbò factò, statim persuasit. Eva saltè, aliquamdiu restitit serpenti, minime verò Adam Evæ. Paoletti D. 20. Pent. Non suaderi jam opus erat viro, quando eam illò cibò mortuam non esse cernebat. Et Eva ipsa, ex hac divina patientia prorepsit ad tentandum virum. S. Aug. l. 11. de Gen. ad lit. 30.

*Eccè mulier una sedens in medio amphoræ; & dixit: hæc est impietas.* Zach. 5. 7. 8. Ubi dominatur impietas, mox allicit plures: v. 9. *Eccè duæ mulieres egredientes; & habebant alas.* Citò advolant ad augendam impietatem. Velloso in Judith 7. paræn. 4.

Unus est servus, qui Petrum urget. Luc. 22. 58. *Post pusillum: accesserunt, qui stabant, & dixerunt Petro.* Matth. 26. 73. Unus traxit exemplò plures. Maldonatus: credendum

Bbb b 3

dum est, cognatò illò servò incipiente alios subsecutos fuisse. Id. ib.

*Quare, hoc unguentum non vanit &c.* Jo. 12. 5. Et ecce Matth. 26. 8. *videntes Discipuli indignati sunt.* Judà contra mulierem duce, reliqui Apostoli irritati. Lira.

Num. II.

*Mala exempla Superiorum sequuntur subditi.*

*Erat peccatum puerorum grande nimis: quia retrahabant homines à sacrificio Domini.* 1. Reg. 2. 17. DEus tam ægrè fert alienas injurias, præsertim quæ in damnum cedunt spirituale animorum; ut de illis potius, quàm de suis, conqueratur. Unde Sacerdotum peccata exaggerari vult; non tam ex eo, quòd divinum honorem, & cultum, violabant; quàm ex eo, quòd homines à Sacrificio Domini retrahabant. Mendoza hic.

*Cumq; roboratum fuisset regnum Roboam, & confortatum; dereliquit legem Domini, & omnis Israel cum eo.* 2. Par. 12. 1. Similiter de Sedecia 2. Paral. 36. 12. 14.

*Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis.* Luc. 21. 25. An non sufficit, signa esse in sole; ut in Luna etiam ea apparere sit necesse? Nempe, sole obscuratò, obscuratur & Luna, ac stellæ deliquium patiuntur. Quando igitur optimates in timore, & cultu DEI, defectum faciunt; inferiores, & subditos eundem experiri necesse est. Bessius D. 1. Adv.

*Percussa est tertia pars solis &c.* Apoc. 8. 12. Cur à stellis non incipit? Per solem prælati intelliguntur; quia non ex inferiorum lapsu sequitur ruina; sed ex horum illorum. Dionysius Carthus. hic.

*Occisa est tertia pars hominum de igne, & de fumo, & sulphure.* Apoc. 9. 18. id est, de igne avaritiæ, fumò superbiæ, sulphure, id est, fetore luxuriæ. Subdit v. 19. quòd *potestas equorum in ore ipsorum est.* Scilicet principum præcipientium, aut suadentium; sive exemplis post se trahendo. Et ideo subdit: *& in caudis eorum,* id est, exemplis. Geminiani similitud. 1. 7. c. 6.

Sicut exemplarì unò apud Typographos vitiatò omnes deinde libri, qui per illud excuduntur, vitiati plurimi prodeunt; ita unius superioris vitium totius fit populi offendiculum. Diez. Prælati.

Multì domini, ut famulis sunt stipati, ita comitibus vallati infernum intrant; multos, quibus exemplò suò fuere scandalo, post se trahentes. Stella p. 1. c. 26.

Exiguus rivus, dum exundat, parum nocet: at rapidus fluvius pontes, hortos, domos, molendina, abripit, & plurimùm damni infert. Lapis exiguus de monte decidens mox ubi recidit, consistit; si verò ingens à rupe abrumpatur, magnum lapidum acervum, ipsasque arbores,

secum trahit. Horologio perversè incedenti; non illi, nec rotis ejus, sed directori causa adferbitur; sic errotes, & culpæ populi, culpæ sunt prælatorum. Id. ib.

Caprum ex ponte desilientem grex sequitur. Lem. *Sic ducis urget amor.* Dux caper ipse gregis. Carolus Bovius.

Num. III.

*Testimonia & Exempla.*

*Ex Veteri.*

*Qua respondit: serpens decepti me.* Gen. 3. 13. En vis mali exempli! excusantem se, & Dei consilia fugillantem, virum mulier imitatur. Fernandus hic sect. 29.

Armiger Saulis, videns Dominum suum irrisse super gladium suum, *irruit etiam & ipse super gladium suum.* 1. Reg. 31. 5.

*Filius, qui natus est tibi, morte moritur.* 2. Reg. 12. 14. B. Theodoretus: ideo DEus occidit filium David, ut pariter extingueretur malum exemplum, quod per adulterium exhibuerat populo Dei.

Jeroboam rex Israel post se traxit ad idololatram totum populum. 3. Reg. 12. 1.

*Omne caput languidum &c.* Il. 1. 5. 6. Si caput fuerit infirmum, totum corpus languidum erit. Innocentius P. III.

Nabuchodonosor erigit statuam auream adorandam. Dan. 3. 2. Et quos primò inducit ad idololatram? *principes.* S. Hieron. Seductis enim magistratibus subditi populi majorum exemplo malè perant.

*Exiit ex eis radix peccatrix Antiochus.* 1. Machab. 1. 11. S. Gregorius 1. p. past. c. 2. cum pastor per abrupta gradiatur, conseqvens est, ut ad præcipitium grex feratur.

*Ex Novo.*

*Turbatus est rex, & omnis Jerosolyma cum eo.* Matth. 2. 3.

*Principes Sacerdotum, & Seniores, persuaserunt populis, ut peterens Barabam.* Matth. 27. 20. & ita omnes unà voce clamant Barrabam. Scilicet ad majorum voluntatem populus movetur. S. Paschasius l. 12. in Matth. quid in hoc dicam? nisi quia pene omnis iniquitas, & prævaricatio plebùm à principibus est populi; quorum excitatur malis ad omne peccatum; quorum velle, quorumque nolle, omnes considerant, & sequuntur. Sylveira in Jo. 4. q. 9.

*Non licet tibi.* Marci 6. 18. Cur Joannes Herodem tantum, & non Herodidem, arguit? R. quia ipse rex; & inferiores semper appetunt ejus serviunt. Sylveira in Jo. 3. q. 9.

*Et nemo ei dabit.* Luc. 16. 21. Cum dominus familiae esset avarus, omnes ejus servi avaritiæ studebant; ut nullus ex eis pauperi vel micam daret. Sylveira hic.



## TITULUS XII. EXERCITIA SPIRITUALIA.

## §. I.

*Figurae, & Symbola.*

**S**upponens capiti suo &c. Gen. 28. 11. Jacob durum sibi sternit lectum, scilicet lapidem: quia caeli aulicos durus lectus, durus victus, omnia dura, decent. S. Ambros. l. 2. de Jacob: in somno bonus operarius; quia cum DEO plus negotii dormiendo peregit, quam vigilando. Cornelius hic.

Moses tacendo loquebatur. Ex. 17. 11. & otiosus operabatur. Sedens in otio dimicabat, & triumphabat. Erat tam otiosus, ut alii manus ejus sustinerent; & tam occupatus, ut manibus otiosus vinceret. Crudelius bellum inferebat Amalecitis confidendo, quam alij Israelitae in campo manus conferendo. Stella p. 3. c. 6.

*Insuper in te spiritus Domini. & mutaberis in virum alium.* 1. Reg. 10. 6.

*Nunquid non Sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam? in summis, excelsisq; verticibus &c.* Prov. 8. 1. 2. Prius delegit montium juga, postea declinavit ad semitas. Civitatis portae appropinquavit, nec ingressa est: quasi paveret in se tumultus agmina, & varia occupationum dispendia. S. Cyrillus ad Habac. c. 2. in exercitatione mea, & consuetudine mea, excubabo; animum rursus purgabo, curis mundanis exolvam. Sursum volabo in stabilitatem, & securitatem cogitationum; illinc specularabor, quae DEUS mihi locutus fuerit. Naxerain Jos. 13. §. 50.

*Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cant. 5. 2. Somnia sunt vigiliae dormientium; spes autem somnia sunt vigilantium: quod Platoni tribuit Aelianus l. 13. de var. histor. Aristoteli vero Laertius l. 8. c. 1. S. Augustin. tr. 57. in Joan. quid est, ego dormio, & cor meum vigilat? nisi, ita quiesco, ut audiam. Otium meum non impenditur nutriendae desidiae, sed percipiendae Sapientiae. Vaco, & video, quoniam tu es Dominus: quia sapientiam scribo in tempore otii. Ego requiesco à negotiosis actibus; & animus meus divinis intendit affectibus. Cornelius hic.

*Sapientia scriba in tempore vacuitatis.* Eccli. 38. 25. Rabanus, Janfenius, Lyranus, S. August. legunt: Sapientiam scribe in tempore vacuitatis. q. d. Sapientia Doctores S. Scripturae, vel Sapientis cujusque, in tempore otii literarij; quae ab aliis negotiis vacat, quaerenda, & comparanda est. S. Bernardus l. 85. in Cant. Sapientiam scribe in otio, ait Sapiens: ergo sapientiae otia, negotia sunt; & eo otiosior sapientia, quod exercitior in genere suo. Hugo: Studium Sapientiae, est studium vitae contemplativae: haec enim requirit otium, & mentem vacuum ab omni cogitatione, & curâ terrenâ, maxime carnali.

Huc facit proverbium Arabicum centur. I. n. 9. obstrue quinque fenestras, ut luceat domus, & habitans eam. Cornelius hic.

Gallina ovis incubans. Lem. *Et cubans operatur.* Otiosum non est; vacare DEO; sed negotium negotiorum omnium. S. Bernardus ad FF. in monte Dei. Picinelli.

Bombyx. Lem. *Mutat in exit.* Id. Lebes clautus. Lem. *Clautus magis afluas.* Id.

## §. II.

*Motiva*

**E**Ligatur tibi opportunus, & aliquantum a familia strepitu remotus, locus; in quem tu, velut in portum, quasi ex multa tempestate curarum te recipias; & excitatos foris cogitationum fluctus secreti tranquillitate componas. Tantum ibi fit divinae lectionis studium; tam crebrae orationum vices; tam pressa, & firma, de futuris cogitatio; ut omnes reliqui temporis occupationes facile hac vacatione compenies. S. Hieronymus ep. 14.

Anima quoque partem da, non carni solum; DEO quoque partem da, non Mundo soli. Ex ventre quiddam subtrahere, & spiritui consecrare; ex igne quiddam eripere, ac procul à depascente flamma reconde. Ei, cujus beneficiò plura habes, aliquid dato; imò etiam ei, qui omnia largitus est, universas opes dato. S. Gregorius Naz. or. 27. de pauper. amore.

Illis saltem diebus, qui nobis sunt ad saluberrima remedia proflutui, mundanis nos occupationibus subtrahamus; & aliquid temporis, quod profit ad bona aeterna, suremur. S. Leo l. 3. de jejun.

Demus DEO aliquid temporis vitae nostrae; nè totam diem infelix ista vanitas, & sollicitudo miseranda, consumat. - Vigila homo, vigila: habes exemplum; ut quod tibi gallus impendit hospiti, & tuo exhibeas Creatori. S. Chrysol. l. 21.

Quidam ex instituto factis feriis & efficacibus propositis sequendi Dei voluntatem; cum in finem per dies aliquot se à negotiis mundanis abstrahunt, ut animas suas diversis exercitiis spiritualibus, è gravi tepiditate somno, ad opera charitatis praestanda, exsuscitent; nec non ad interiorum vitae reformationem faciendam inflament, inducantque. Quod familiare, & sacrosanctum fuit primis Christianis: sed deinde refrigerante paulatim charitate in cordibus posterorum neglectum fuit; usque dum magnus DEI servus S. Ignatius S. J. Fundator Patrum nostrorum tempora in usum reduxit, & revocavit. S. Franciscus Sales. de div. amore l. 12. c. 2.

Vide tit. Oratio mentalis. Recollectio, Renovatio.

Titu